Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

H Lit. 1459 $\frac{1}{2}$

General-Erudit ~~5~~ 21.

956.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/2 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Autore Georgio Gympelzheimero

# GYMNASMA.

*De*

# EXERCITIIS ACADE-
# MICORUM

*In quibus*

DE EORVM NECESSI-
TATE, VTILITATE, PERSO-
NIS IDONEIS, ET IN SPECIE DE MU-
ſica, Pictura, converſatione, linguarum cognitione, Peregrina-
tione, Collegiis Diſputatoriis & Oratoriis, Vom Triſſen oder
Muſtern/Fortificiren/Miniren/Turniren/ Schieſſen/Ar-
tellerey, Piequenſchwingen/Trinciren oder vertegen/de arte
Paleſtrica, equitatione, pirotechnia, Venatione, ſaltatione, Va-
riis Generibus ludorum, & aliis exercitiis, quæ in academiis
uſitata reperiuntur, una cum enarratione vitio-
ſorum per diſcurſum diſſeritur.

*Cui acceßit,*

## DISSERTATIO.

*De*

Politico

*Voluptas ſit modo utendi vel honeſta vel arguenda Macrobius.*
*7. Satur. 5.*

Ergò

*Bene vivere omni loco poſitum eſt. Sen. Epiſtol. 28.*

Imò

*Ad omnia tempus habemus, id ſi meriti poſſumus. Ant. de*
*Guevarra in Horol. P. P. lib. 3 c. 58. n. 691.*

ARGENTINÆ.

*Sumpt.* EBERHARDI ZETZNERI *Bibliop.*

M. DC. XXI.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Olim in Athenienſium Academia, Epicuri ſeculo, ne ridendi quidem poteſtas erat. *Aelian. lib. 3.* Iam verò magnam nobis Academia noſtra dat licentiam, ut quocunq; maximè probabile occurrat id noſtro jure liceat defendere. *Cic. 3. Offic.*

*Ovven. lib. 3. epigr. 124.*

Non cuivis lectori auditorive placebo,
Lector & auditor non mihi quiſque placet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# TABVLA SYNOPTICA GYMNASMATIS DE EXERCITIIS ACADEMICORVM.

*Exercitiorum Academicorum conſiderantur vel*

- *Conſentanea, quorum notatur*
  - PARTIT. I. *Definitio, num. 2. huius ſunt partes quinque*
    - *I. Neceſſitas, ſect. 1. ubi argumenta contraria diluuntur.*
    - *II. Modus, ſect. 2.*
    - *III. Tempus, ſect. 3.*
    - *IV. Perſona, ſect. 4. ubi deſcribimus,*
      - *Principum ſtudia, ſect. 5.*
      - *Eorumq; Præfectos & Præceptores, ſect. 6.*
    - *V. Finis & Vtilitas, ſect. 7.*
  - PART. II. *Diviſio, quâ ſunt Exercitia vel*
    - *Animi, quæ vel*
      - *paſcunt*
        - *aures, ut: Muſica, ſect. 1. quæ vel*
          - *Clara vel*
            - *Theorica, n. 6.*
            - *Practica,*
            - *utraque vel*
              - *Vocalis, num. 7.*
              - *Inſtrumentalis, n. 8. quæ ſit vel*
                - *Chordis, ut pulſatione, n. 8. 9. 10.*
                - *Fiſtulis, ut inflatione, n. 16. &c.*
          - *Muta, num. 26.*
        - *oculos: pictura, ſect. 2. quæ vel*
          - *literarum, num. 1.*
          - *Imaginum, num. ſeqq.*
      - *uſum præbent in*
        - *converſatione qualis vel*
          - *Converſatio in ſpecie ſic dicta, ſect. 4.*
          - *Liguarum cognitio, ſect. 3.*
        - *reliqua vita, ut eſt*
          - *peregrinatio, ſect. 5.*
          - *exercitia Collegiorum diſputator: & orator. ſect. 4. n. 8. & ſeqq.*
    - PART. III. *Corporis, ſect. 1. quæ inſerviunt vel*
      - *bello tantum*
        - das drillen oder muſtern/ *ſect. 3. n. 3.*
        - Fortificiren/ *ſect. 7.*
        - Miniren/ *ſect. 8.*
        - Artellerey/ *ſect. 9.*
        - *Ars palaſtrica quæ vel*
          - *legitima, ſect. 3. n. 7.*
          - *vitioſa ratione ſtudioſorum, n. 22.*
        - Lantzenbrechen/ Turniren/ *ſect. 3. n. 3.*
      - *paci & bello*
        - *Equitatio, ſect. 2.*
        - *Ars palaſtrica, quatenus ſanitati & recreationi conducit, ſect. 3.*
        - Pique ſchwingen/ *n. 6. ſect. 6.*
        - *Vis ſagittandi & ſclopetis petendi, ſect. 4.*
        - *Pyrotechnia, ſect. 10.*
        - *Natatus, ſect. 6.*
        - *Curſus, ſect. 7.*
      - PART. IV. *Paci tantum & vel ad*
        - *1. motionem corporis ut*
          - *venatio, ſect. 1.*
          - *ſaltatio, ſect. 5.*
          - *deambulatio, ſect. 6.*
        - *2. ornatum*
          - *morata ciborum diſtributio, ſect. 4.*
          - *exercitia Comœdiarum, ſect. 2.*
        - *3. ſanitatem*
          - *Luſus pilæ & follis, ſect. 3. n. 27.*
          - *Ludus palimalli, n. 41. &c.*
        - *4. temporis tædium ſuperandum, ut ludus*
          - *Schachorum, ſect. 4. n. 16.*
          - *Aleæ, n. 21.*
          - *Chartarum, n. 25.*
          - *Bacchanaliorum, ſect. 2. &c.*
        - *5. uſum vitæ ut*
          - Bawkunſt oder *architectura, ſect. 6.*
          - *Anatomica, ſect. 7. n. 6.*
          - *Botanica, n. 7.*
          - *Deſtillatoria, n. 8.*
          - *Artes Mechanicæ, ſect. 6.*
- *Contraria, ut* — PARTIT. V.
  - *Bacchus, ſect. 1.*
  - *Venus, ſect. 2.*

*Hic nota* LECTOR *non quidem omnia hoc ordine ſynoptico eſſe tractata, methodum ſaltem paulò accuratiorem hic monſtro, quæ inſtar indicis generalis eſſe poteſt: accuratiſſimam ab alio expectans. Vale.*

Sächſische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

PERILLUSTRI ET GENERO-
ſiſsimo Domino:

# DOMINO EBERHAR-
DO DYNASTÆ â Rappolſtein/ Hoheneck & Geroltzeck/ ad vogaſinum: Divi Matthiæ Imp. nec non ſereniſſimi Maximiliani Archiducis Auſtriæ, piè defunctorum, Camerario: & Citeriorum Ordinum Provincialium Præſidi Magnifico, Domino meo clementiſſimo.

*PErluſtratis aliquot Germaniæ Academijs, Italicas & Gallicas inviſere terras conſtitui. Antequam autemcum patrijs laribus inducias colam, Academiarum morem, quem ſancti ſervant hodiè & laudabiliter, delibare quaſi quaſi in valedictionem lubuit. Eſt ille, quo gravioribus ſtudiis exercitia & recreationes ſuavi quodam congreſſu & viciſsitudinariâ amplexione concatenatas copulant, ut plurimæ. Cùm itaque nihil in toto hoc ſit mundi hemiſphærio, quod ſuo careat patrocinio & tutela, ut teſtudini ac formicæ ſua domus, in*

*quam receptaculum habent, api ſuus aculeus, muſcæ & regulo alæ, leporibus ſuga, qua ſibi conſulunt, inſidiasq́ propulſant imo cuncta animalcula vitam ſuam pacatam providæ debent naturæ: Quam æmulari eos videmus publici qui juris ſuas lucubrationes facere intendunt. Hinc quia partum hunc meum Minervæ, etiam me invito, ſuis operibus aſſcribere placuit, mihi præter patronum, ſub ejuſdem regimine militantem eligere, nihil eſt reliquum. Tibi igitur Comes Illuſtris, Maxime togatæ & armatæ Dux militiæ, eundem trado ſubmiſſè, dico humiliter, offero devotè, prohibere quidem debuiſſet mihi tua Magnificentia & dignitas ſplendidiſſima, inhibere tuorum negotiorum gravitas; Nam tria ſunt laborioſiſſima in hoc orbe, in Eccleſia docere, in Oeconomia parturire, in Rep. imperare: Et denique abigere quod Illuſtr. Comiti nec per tertium quendam nota ſit qualis qualis mea perſona. Verùm inſtauravit me rurſum & animum addidit ſingularis & rarus erga ſtudia, eorumq́ cultores, favor quem geris, animi corporiſque habilitas,*

*litas, qua polles, ita ut jam ſimilem, qui de ſtudiis & exercitiis tantorum judicium capere valeat, tota Alſatia, propè dixerim Germania, non alat. Ergò cape hoc Comes Magne & illuſtris, Heros fortiſſime, quicquid eſt, licet exiguum, fave mihi quisquis ſim: Nam illud, pondus accipiet ab animo, ego autem à tua gratia Interim te bono Reipubl. qui natus, qui datus: in quo glorioſo omine ſiſto, valere & vivere opto, precor, voveo. Dabam Argentorati 13. Iunij. Anno Chriſti 1620.*

perilluſtris Clementiæ
& generoſitatis veſtræ
humilimus.

G. G. L. Alſatus
Georgius Gumpeltzheimer

## PRÆSCRIPTIO AD LE-ctorem.

NOn fuco tecum agam Lector Candide, meam capito mentem, tuo quæ parata, dirigere voto omnia. *Quatuor ſunt de quibus tu monendus, ego excuſandus.* I. Alii quod improbant, ego haud probo, aliorum laudem mea quoque comitantur. Verùm uti nihil in totâ häc mundi machinâ, quod omni careat obtrectatione, & de quo unquam ſiniſtrum judicium, quod jam ante præjudicii atq; ad fœdus mancipium aut quod ignorantiæ proprium eſt, latum non ſit: Ita certè nulla res adeò abuſui eſt obnoxia, quæ non plurimos alat ſectatores, alumnos & patronos maleferiatos: Quod uti in recreationum ſphæriſterio experimur, quando non raro juſto plures & recto ſæpius juvenes ad id volitent, natent, &currant, magis neceſſaria, literarum ſcil. ſtudia deſerentes: Ita meâ hac tra-ctatiun-

ctatiunculâ, ne moris & conſuetudinis probandæ exemplo in veniam veniant, laudemq; ſolam iis buccinari videar, ſolenniter proteſtor, & oro, ut tempore temperare velis omnia, mihiq; & iis, quibus largior uſum, favorem largiaris, abuſum quibus mitto, linquas morſum, *Tullio 1. de fin.* roganti ſubſcribens: Quis exercitationem ullam corporis ſuſcipit (aut ſuſcipere debet) laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur? *Secundò* veniam à te Lector impetro, quàm, ſi bonus, das, ſin malus, retine: Autorum verba allegavi formalia, cùm, ut à plagio literario, quo hodiè nil communius vacuum me habeas, tum ut rem ipſam ſuis cum terminis melius & diſtinctius, quod mihi tribuo neutiquam, intelligas, de autoritate, quam in materiâ hâc quaſi novâ & rarâ, adeoq; multis odioſâ, & ab antiquis & recentioribus ſcriptoribus capere vales, nihil dico: Et non tantum verba hîc ſunt ſcriptorum communium, ſed ridiculis ridi-

culorum, moroſis inviſorum, ſupercilioſis & nimium ſapidis levium: Aſt quàm ridiculi & vani, ſint, videbimus: Citati ſunt à me, Autor deß Froſchmeuſlers *Georgius Rollenhagius*, Gymnaſij veteris urbis *Magdeburgenſis* Scholarcha quondam non illaudatus; ingenioſum certè ſcriptum ab ingenioſo autore, qui inventiones quaſdam mutuavit ex *Homero*: Autor deß Olden Sächſiſchen Reinicken Voß / *Ludovicus Bumannus* Conſil. & Secretar. Iuliac. ein Gelehrter ſcharffſinniger vnd Weltweiſer Sachs. Ejus gloſſator eſt *Ludovicus Dietz*, Spirenſis, typographus Roſtochienſis: quod innuit præfatio deß Froſchmeuſlers. De hoc figmento *Ioh. Mattheſius* in der 12. Predig von *D. M. Lutheri* Anfang / Lehr / Leben ꝛc. p. 133. b. Auff ein andere Zeit brachte der D. mit ſich zu Tiſch den Sächſiſchen Reinicken Fuchs / den lobt er für ein wercklig Gedicht vnd lebendig contrafactur deß Hofflebens. Ja das gantze Politiſche Hoffregiment / vnd daß Römiſche

Bapſtumb iſt vnter dem namen Reinicken fuchs vberauß künſtlich vnnd weißlich beſchrieben. *Sebaſtianus Brandt* Orator & poëta fuit inſignis, utriuſq; juris Doctor celeberrimus, Cæſareæ quondam Majeſtatis *Frid. III.* ſymmiſta, poſt complures annos autem Argentinæ urbis Archicancellarius digniſſimus: prout ſcribit *Paulus Langius Monachus Bozavienſis in Chron. Citizenſi.* Hujus naviculam fatuorum non modo commentario illuſtravit *Nicolaus Höniger* ſed etiam concionibus populo explicavit *D. Iohan. Geiler Keiſersbergius Theolog. Argent.* cujus Epitaphium eſt in Templo S. Ioh. quem ſapientiſſimum & Integerrimum concionatorem vocat *VVimpheling.* Taceo quod jam multa vice typis ſit mandata. *Antonÿ Mariæ Speltæ*, Hiſtorici, poëtæ & Oratoris Regii ſapientem ſtultitiam, raræ & jucundæ commendant hiſtoriæ, bonis amabilem reddit dicendi libertas. *D. Murneri* inventum, reiterata editio, quæ tabulis æreis eſt decorata, probat:

*Pantagruel* à varietate hiſtoriarum & aliarum rerum jucunditate laudatur, dummodo brevis illa multitudo non niſi prudentiſſimum & in omnibus exercitatum requireret. Non eſt ut quis ſuccenſeat his & aliis autoribus propter titulos ignominioſos, ipſi excuſationem ſuis libris præfixerunt: Nec quod vitia indignabundi damnent, faciunt id ſine nomine, his igitur qui iraſcitur, accuſator ſui eſt, inquit *D. Hieronym.* & ipſe de ſe qui talis ſit confitetur, ſuam indicans conſcientiam, multoq; peius de ſe quam de illis judicat. Aſt de his & aliis ſimilibus ſcriptis magnorum autorum verè dicere poſſum, quod *Guil. Xilander in annot. ad lib. 1. Sleid. de 4. ſum. Imp. fol. 2.* ſcribit: Fabulæ interdum utiliores ſunt ipſis hiſtoriis, propter dicendi libertatem, & quia facilius ab omnibus percipiuntur. Tractationem ipſam *Tertiò* quod attinet, fateor non exquiſitam ſolidam & perfectam invenies, ea enim altioris eſt indaginis, qua careo, adultio-

tioris ætatis, quam expecto, & diuturnioris temporis, quod maturandum iter Italicum, præter alias occupationes abbreviavit, placuit tamen te quaſi prodromo & delineatione condonare. Talia ergò noſtra ſunt, non qualia quis optaret, ut trito proverbio fertur, ſed qualia eſſe poſſunt. *Plato in Hipp. mai.* Interim ut quimus, quando ut volumus, non licet. *Terent. in Andr.* cum *Gellio lib.* 12. *c.* 2. relinquentes aliquid ingenio, quod dies atq; ætas mitificet. *Vltimò* cavere te velim ne illud Senecæ in me dicas: Quoties aliquid ſcripturus es, ſcito, te morum tuorum & ingenii, hominibus chyrographum dare. Non nego, me ſcribere de exercitiis, in paucis iiſque parum exercitatum: Attamen hoc opus eſſe haud judico: Coſmographus deſcribit terram in qua non fuit, inſulam, quam non transnavigavit, Aſtronomus cœlum, quod non tetigit, pictor perſonam repræſentat, quam non vidit, politicus virtutes Principis, cùm ipſe

non

nō ſit Princeps, multi de vitiis & periculis conqueruntur, quæ non experti. Et cum Waremund ab Erenberg, de fœderib. cap. 1. n. 166. in ea firmiter hæreo opinione: Satius eſſe ex variis prudentiæ auctoribus optima quæque congerere, quam propriæ induſtriæ viribus excogitata periculosè proferre.

Hæc ſunt de quibus Lectorem monere, me excuſare volui, debui id ſi abs effectu! In publicum ædificavi, publico me ſubmitto judicio, quod ſi integrum, ad majora me provocabit, ſin alienum, inde non deterrebit. *His vale & mecum non ſcholæ tantum ſed & vitæ diſcere labora. &c.*

*G Y M.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/16 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

GYMNASMATIS. I.

# DE EXERCITIIS ACADE-MICORUM, INGRESSUS,

DOcemur ex vitis Philoſophorum *Diog. Laertij lib.3.* Divum *Platonem* Academicis ſuis quam ſæpius inculcaſſe: *Animum, ne ſine corpore, corpus ne ſine animo exerceant, ut utriuſq; pariter cura habeatur: Alterum cum Athletarum, alterum cum ſit inertium.* Eſt autem affinitas & concordia tanta, ut ſicuti animus corpore ad functiones obeundas utitur: ita dubium non ſit, quin ad ejus temperaturam animi quoque affectus & actiones ſeſe accommodent. *Caſp. Ens. in theſaur. aphor. pol. 1. c. 3.* quæ licet inprimis informandæ, ob acumen agentis: tamen, quemadmodum aſſiduâ rerum tractatione, nî quandoq; inſtaurentur otio, facilè conteruntur atque flacceſcunt: ita jugi ceſſatione marceſcunt atque deficiunt. *Iohann. à Chockier. lib 5. theſ. aphor. pol. c. 20.* cum omnium rerum viciſſitudo debita. *Tacit. 3. annal. Terent. in Eunuch. act 2. ſcen. 2.* totaq; noſtra vita in remiſſionem & ſtudium, *Plut. de lib. educat* πόνον & ἀνάπαυσιν, laborem & quietem. σχολὴν καὶ ἀσχολίαν, otium & negotium, ſit diviſa *Ariſt. lib. 8 pol. c. 3.* Hinc negotium quò aſtrictius & gravius, eò liberius debet eſſe otium, non ſo-

lùm

lùm, quia nulla res eſt, quæ poſſit perferre continuum laborem: ſed quod ſtudium diſcendi voluntate, quæ cogi non poſſit, conſtet. *Quint.lib.1.* Quod proprio teſtatur exemplo *Amaſis Rex Ægypti*, qui reprehenſus ab amicis, quòd publicorum poſt negotiorum tractationem, civiliumq; controverſiarum deciſionem, potare, jocari & ludere ſolebat, hoc dedit reſponſi; ſicuti arcus ab his, quorum ſunt, cùm opus eſt, intenduntur, ſed iidem, ſi ſemper intendas, rumpuntur: ita futurum erit, ut homo, ſi aſſiduò laborat, nec quieſcat unquam aut mente aut membris capiatur. *Herodot. lib. 2.* quorſum alluſit *Ovid. in Epiſtol. Phadra ad Hippolyt.*

*Arcus & arma tua tibi ſunt imitanda Diana,*
*Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.*

Nec non magnus ille & fortiſſimus *Hercules* cum pueris luſitans apud Euripidem, παίζω, inquit, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ: ludo, quia laborum viciſſitudines ſemper amo. *Ælian.lib. 12. Var. hiſtor. c. 15.* quas ſanè juxta *Quintil. lib. 1. c. 4.* meliores judicabit, quàm vel honeſtis exercitiis corpus vegetare, vel ingenioſis ludis animum acuere & mores detegere; ut juxta ſcitum *illud Valerianum*, ingenia vegeta, quo plus receſſus ſumunt, eò vehementiores impetus edere poſſint, pluſque virium ad diſcendum & acriorem animum renovata & recentia

affe-

afferant. *Quint. d. l.* Ergo, ut ferrum, ſi non utaris, obducitur rubigine, membrorum proportio & coloris ſuavitas ſi non exerceas defloreſcit: ita ne ſtudii mei vigor algeat, in præſentiarum, *adjutore Deo*, in ſomno ſeu requie mentis; exercitiis, recreationibus & laxamentis ſtudioſorum me exercui, aliorumque his de rebus explorare judicium aut certè ulterius cogitandi materiam præbere volui.

PAR-

# PARTITIONIS PRIMÆ,

qvâ,

## IN GENERE DE EXERCITIIS *Academicorum diſſeritur.*

VT autem planè, quid ſit id, de quo agendum intelligamus, *Ampliſs & Conſult. Dn. Arum. fuit & Præceptor meus ætatem colendus de mora c. 2. n. 1* & ordine, quaſi figurâ ſubſtantiæ cujuſq; rei, *Bald in Conſ ſchismat. poſito in rubr. C. ſiquis aliq. teſt. prohib* cognoſcamus, à definitione, quid iditatum & rei naturam exprimente, *l. 1. §. dolum ff de dolo malo,* lubet ordiri.

2. EXERCITIA (ab exercendo. i. extra arcendo) ſeu STUDIA PARERGA, SUNT RECREATIONES CORPORIS LICITÆ, ET LAXAMENTA ANIMI HONESTA CONVENIENTI TEMPORE, à STUDIOSIS VEL ACADEMICIS VARIUM OB FINEM, EUMQUE BONUM INSTITUTA.

3. Vel ſecundum Inſcriptionem, quæ habetur Neapoli in muro horti Capellæ, & refertur *à Nathane Chytreo in delic. Europæ. p. 65.* his verbis: Exercitium eſt humanæ vitæ conſervatio: caloris naturalis linea: excitatio dormientis naturæ: virtutum corroboratio; ſuperfluita-

fluitatum conſumptio: otio inimicum: temporis lucrum: juventutis debitum & ſenectutis gaudium. *Ille ergò ſolus ab exercitio abſtineat, qui utriusq; ſanitatis beneficio vult carere.*

4. Poſita noſtra definitio, varia: inter ea tamen quinq; præcipua nobis exhibet conſideranda: I. EXERCITIORUM NECESSITATEM II. MODUM, III. TEMPUS. IV. PERSONAS & denique V. FINEM ſeu VTILITATEM; quæ omnia ſpeciatim tractabimus.

## *SECTIO I.*

## DE NECESSITATE.

*Numerus* I.

ET I. quidem quod tractandum nobis obvenit, eſt NECESSITAS, quâ commodè quærimus: *An opus ſit exercitiis & relaxationibus*? Hanc quæſtionem ſi ex noſtrarum Academiarum uſu æſtimare velimus, affirmativè primo ſtatim intuitu determinamus: cùm non tantum animi ſed & corporis habenda ſit ratio, ne Acceſcat otio & ignaviâ torpeſcat; Huc alluſit *Autor* deß Froſchmeuslers *libr. 2. cap. 2.* quando de peregrinatione ſtudioſorum canit:

Er vbt auch ſelbſt ſein eigen Leib/
Das er nicht zart vnd müſſig bleib.

Otio

Otio ſcil. malo, quod pulvinar Sathanæ dicitur, alioquin ipſum plerumque otium non eſt mora ſomnolentiâ, ſed aliquid negotii ſuſcipit, & exſolvit. *Ariſt.* 8. *pol. c.* 3. & oblectatio ſæpè in otio honeſtiſſima eſt, liberiq hominis officium aliquando nihil agere, & animum à diuturna cura revocare. *Cic.*

2. Idq; autoritate *Legislatorum* & *Principum*, qui corporum exercitationes & ludos ſemper plurimi fecerunt. Sic enim Iuventus *Spartana*, ſecundum *Lycurgi* inſtituta, laboribus, venatu, curſu, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando, exerceri ſolebat. P*lut. in Lacon. & Lycurg.* Sic *Perſæ* variis exercitabantur exercitiis. *Xenoph. lib.* 1. *de Inſtit. Cyri.* Sicq; *Diogenes Xeniada* filios poſt reliquas diſciplinas docebat equitare, fundas rotare, jaculari, palæſtram non tamen athletarum in morem exercere. *Laert. & Philelph. lib.* 3. *c.* 5. exiſtimans ejuſmodi viciſſitudines eſſe convenientiſſimas.

3 Sunt mutationes æſtus & frigoris, vigilare & ſomni, noctis & diei, tempeſtatis & ſerenitatis, pacis & belli. & *Ovid. d. l. canit.*

*Quod caret alternâ requie durabile non eſt:*
*Hæc reparat vires, feſſaq; membra levat.*

*Dat requiem requietus ager benè credita reddit.*
*Item. de arte amand. lib.* 2. quos verſus ſic Germanicè reddit Bartholom. Ringwald in ſeiner lautern warheit. *c.* 21. *p. m.* 217.

Als

Als was da nach verbrachter that /
Nicht wider ſein erquickung hat /
Das kan fürwar nicht lang beſtehn /
Sondern muß bald zu boden gehn /
Ja wie nicht ein gelehrter man /
Stets ob den Büchern ligen kan /
Sondern ſich muß nach dem ſtudirn /
Ein wenig wider recreirn /
Mit was bewegung manigfalt /
Das jhm nit ſein geblüt erkalt.

4. Imò impoſſibile eſt, animum ſemper ſeriis rebus intentum eſſe poſſe, ſed is nonnunquam tempeſtive remittendus erit. *Cl. IC. Dn. Conr. Rittersh. p. m. in ſynopſi Iuris publ. MS. nec non Sen. de tranq. c. 95 Idem monet*, quando dicit, danda eſt animis remiſſio: meliores acrioresque requieti ſurgunt: vividius enim ingenium eſt non nimis defatigatum. *Ludov. Viv. & Plin. 8. epiſt.* 19 Vt ex ſtudiis gaudium, ſic ſtudia ex hilaritate proveniunt. Sic *Auguſtus* piſcabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusq; ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipuè *Mauros & Syros. Sueton. in Octav. c.* 83. Noverat enim ex *Platon lib. 8. de Rep. c. 5.* Ludum relaxationis cauſa comparatum eſſe, & relaxationem voluptate afficere, quippe quæ moleſtiis iis, quæ ex laboribus capiuntur, medicinam afferat.

*5. Sed quid veteribus immoramur exemplis?*

*pluſ*? moderna proſtant & obvia nobis ſunt ſpecimina ſatis præclara Illuſtriſſ. & Celſiſſ. Ducum *Würtembergiæ*, quorum excelſæ memoriæ Princeps *Ludovicus* magnificum ædificium ingentibus extruxit impenſis, Collegium *Tubingenſe*: hoc Magnanimus atque Laudatiſſimus *Dux Fridericus* mirifice auxit, legibus inſtruxit, privilegiis ampliſſimis dotavit, & cum ſtudia literarum ſua poſtulent laxamenta & inducias, ſitosq; ament receſſus, variis commoditatibus, exercitiis & amœnitatibus ditavit, exornavitq; præclariſſimè; Iam verò Excelſiſſ. & nunquam ſatis laudatus Heros Dn *Iohannes Fridericus*, quam primum Ducatus & reliquæ ditiones Würtembergicæ hæreditario legitimæ ſucceſſionis jure, ad ipſum devolutę eſſent, nihil habuit antiquius, quàm Illuſtris hujus collegii decus, honorem incolumitatem & incrementum pro virili procurare, ita ut propria autoritate & Principali ſplendore leges & ſanctiones correctæ, eminentiæ & immunitates auctæ & confirmatæ, omniaque quâ ſtudia, quâ exercitia præſentem ad ſtatum accommodatiſſima extarent.

6. Nec non è bellicoſiſſima *Naſſovienſium* familia inclytus *Comes Iohannes Dn. Cattimelib.* &c. ſuo probavit & ſumptu magnifico, & inſtituto præclaro neceſſaria duxit exercitia corporis, dum non multis abhinc annis in gratiam Iuventutis *Sigæ* fundarit *Gymnaſium militare*,

Ritter

Ritter vnd Kriegsſchul/ uti præter experientiam videre eſt, auß etlichen vnderſchiedlichen in offenen Truck vnter Johan Jacob von Wallhauſen namen/ gegebenen ſchrifften/ auch auß der Inſtruction vnd Credentzſchreiben von gedachter Hochwolgebornen Grafen / Herren Abraham. *de la Faye* ertheilet. *Taceo inſignes utilitates, fines & commoda, ex moderatis exercitiis profluentia, quæ in ſubſeqq. patebunt.*

7. Verùm nihil inter homines, adeò indubitabile vel ſemotum ab omni controverſia eſſe, quod non aliquam recipiat dubitationem, *Nov.* 44. experimur hoc ipſo in loco: *ſiquidem ſenum querimonias, moroſiorum quorundam Melancholicorum objurgationes, Vulpecularumque ſcholaſticarum* (uti vocantur doctis à Viris) *excandeſcentiam haud rarò ſubaudimus*, laxamenta & exercitia ejuſmodi eſſe vanitatis indicia, ludicri animi ſigna & teſtimonia, avocamenta ſtudiorum, voluptatum incitamenta, literarum peſtes, hiſtrionum comœdias, funambulorum tragœdias, pantaminorum geſticulationes, & actus, membrorum diſcuſſionem & valetudinis primariam cauſam, quâ corpus effœtum tradatur ſenectuti.

8. Et quidem *à grandioribus natu* damnari quantumvis moderata juniorum exercitia, mirum non eſt, *cum ſtudium unius ætatis, tædium alteri certò afferat.*

Nam quia ſingulæ hominum ætates ſingulos

Duces

Duces Præſidesve creduntur habere, à quibus ſtudium actionemq; accipiant, quod eleganter deducit. *Franciſc. Patrit. Senenſ. lib. 3. de Regni & Regis inſtit. tit. 1. p. 151.* Inde fit, ut quæ voluptates unam ætatem capiunt, alteram non æquè afficiant.

9. Accedit, quòd anni fugiendo multa ex homine commoda, interque cætera magnam partem ſanguini ademptam, ſecum auferant vitalium ſpirituum, ita ut voluptatum & jucunditatum floſculi ſuaves in ſenectute noſtris ex animis, perinde, ac folia in autumno ex arboribus cadant, cogitationibuſq; noſtris ſerenis ac claris nebuloſa & turbida triſtitia ſuccedat mille cum calamitatibus ærumniſq; conjuncta, ut non modò corpora, ſed iidem etiam animi noſtri ægrotent, nihilq; præteritis de voluptatibus niſi memoriam illarum tenacem, nihil de caro ætati teneræ tempore, niſi imaginem ejus ſpeciemq reſervent: Et ſicuti ſolventes è portu oculis i terram fixis, navigium ſtare putant, littus recedere, quamvis eodem hoc ſemper maneat in lo co, ita inopinati mihi videntur ſenes, quod temporis voluptatumque mutetur conditio & *quemadmodum pluribus pulchrè diſcurrit. Baldaſſar Caſtilion de aulico lib 2. p. 95. & ſeqq.*

10. Huc non incommodè refertur illud quod *Petrus Andreas Canoncherius diſcurſu quodam in Tacit. ſub hac quæſtione*: VTRUM SECULA NOSTRA ANTIQUIS SINT PEIORA?

IORA? expreſsè demonſtrat. p. 114. Hanc quærimoniam à ſenibus proficiſci, unuſquiſq; facilimè credere poteſt: qui cùm florentem ac lætam juventutem tranſegerint & ſenectutem attigerint, ægrè ferunt, adoleſcentes voluptatem quærere: cumq; propter ætatem debiles & propter ipſam ſenectutem ferè omnibus permoleſtam, aliquando illis contemptui ſint, à quibus antea in maximo habebantur honore. *Hæc ille.*

11. Imò veſcentium dentibus, ut loquitur proverbium, invidet edentulus: ſiquidem credibile eſt ſenibus hunc contingere errorem ex eo, quòd florem ætatis, quæ per ſe ipſam lætitiam ac jucunditatem ſpirat, amiſſum meminerint: cumq; ſe ab omni voluptatum genere deſeri vident, ac pro deliciis acerbiſſimos dolores, pro ſenſibus integerrimis membrorum omnium imbecillitatem ſentiunt, fit ut triſtiſſimis obruantur cogitationibus, & falſa rerum imagine decepti, ac velut ex longinqua navigatione profecti aurea ſecula, auream ætatem adoleſcentibus narrant. *Bodin. in method. hiſto. c. 7. p.* 310. quod etiam *Cornelius Gallus* innuit dicens:

*Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos,*
*Hoc tantum rectum, quod facit ipſe, putat.*

Et *Horat. in arte poetica.*

Senex ———— *laudator temporis acti*
*Se puero cenſor, caſtigatorq; minorum.*

12. Hæc

12. Hæc ratio tam vera videtur, ut omnes ii, qui probare conantur, noſtra ſecula antiquis pejora non eſſe, ſed æquabilem illa alere curſum, hoc nitantur fundamento, ſcil. ſenum moroſitate & querela vento ut plurimum ſuperſtructa: *uti videre eſt apud dict. Canonher. Bodin. d.l. Adhibe etiam ſi ſatagis hac de quæſtione plura Clar. & Excellent. Dn. M. Bernegg. Faut. ut Præcept. meum perpetim colendum, in decad. 2. cent. 2. German. Tacit. q.3. & in felic. 1. ad Agricol. Taciti q.1 Beſold. lib.2. pol. c.9. p.825. & in orat. de peric. noſtri ſeculi. Dornav. in orat. de felicit. hujus ſeculi. ſen. epiſt 97. & diſſertat. meam de politico Ienæ habitam. θ 61.*

13. In hanc rem lubet obiter paucorum tantum allegare judicia: *Tacitus. 1. annal. c. 58.* vetera novis ante habere ſe prædicat. *Id. 2. annal. c. 88.* recentium incurioſi, vetera extollimus. *Id. 6 annal.* 16. mores antiqui minus corrupti dicuntur, quod 14. *annal. c.* 43. C. *Caſſius Senator* confirmat dicens: Non dubitare ſe ſuper omnibus negotiis melius atq; rectius olim proviſum, & quæ convertuntur in deterius mutari: hanc ob cauſam *Maſſilienſium* Reſp. in minimis quoque rebus antiquæ conſuetudinis momenta ſervavit omnia, *uti teſtatur Val. Max. lib.* 2. *c.* 6. item 15. *annal. c.* 30. Moris priſci admiratione cuncta in majus tollit *Corbulo*: imo miramur tantum vetera, magnâ hinc virtute opus eſt, quæ præſentis invidiæ nebulas perrumpat.

*Lipſ.*

*Lipſ. in not. 271. ad cap. 14. Senec. de tranquill. animi.*

14. Hæc quàm verè dicta ſint, contraria ipſis illis ex ſcriptoribus verba demonſtrabunt ſufficientiſſimè: ut *Tacit. 3. annal. c. 55.* Obſerva orbem rerũ in ſe remeãtium: videbis in hoc mundo nihil extingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere: Rebus omnibus viciſſitudo debita: iiſq; cunctis ineſt quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & morum: non tamen in deterius; ſiquidem eodem & lib. & cap. dicit expreſsè: Non omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoq; ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit. *Idem 1. hiſt. c. 3.* Nullum adeò virtutum ſterile eſt ſeculum, ut non & bona exempla prodat, imò vitia erunt donec homines, ſed neq; hæc continua; & meliorum interventu penſantur. *lib. 4. hiſt. c. 74.*

15. Quid *Quintilianus* ad hæc? Non ne *c. 18. dialog.* malignitatis humanæ vitio aſcribit? vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio quòd ſint. Quid *Vellejus Paterculus*? nonne vitium ſcil. invidiam, hujus opinionis cauſam ponit, *dicens lib. 2. c. 92.* Naturaliter, audita viſis laudamus libentius, & præſentia invidiâ præterita veneratione proſequimur, & his nos obrui illis inſtrui credimus.

16. Annon egregiè hos ridet *Poeta recens, cum veteribus tamen comparandus, Ovven. lib 3. epigr. 76.*

*Stulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent,*
*Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.*

Nos verò *Eraſmi verbo in apopht Capn.* ludimus illos importunos antiquitatis admiratores, & immaturos probæ novitatis contemptores, optantes, ut nunquam mutent veteres calceos, aut putre ſubligar: ſemper veſcantur putribus ovis, nec aliud bibant quàm vappam: cum non credant, omnem poſteritatem ſuum cuiq; decus rependere, *uti loquitur Cremutius ap. Tacit. lib. 4. annal. c. 35.* hiſtoriamq; eſſe κτῆμα ἐς ἀεὶ ξυγκείμενον: perpetuum exemplorum theſaurum, *uti eam vocat Thuc. lib.* 1. humanæq; vitæ theatrum ad omnia mundi tempora congruens, ita ut in Mundo ſemper una eademq; ludatur fabula, mutatis tantum perſonis. Diſputent jam ad ſacietatem uſq;. Nos *Laudamus veteres, ſed noſtris utimur annis, Ovid. 1. faſt.*

17. Ne autem quis miretur, quo pacto & propoſito jam dicta, tanquam aliena, huc irrepſerint, ſciat: *in exercitiis plurima ſubvenire nova, & non tantùm horum uſum hodie fieri frequentiorem, ſtudiumq; communius, (quod, quò magis vires ſumit, eò plures introducere videtur novitates, donec totum pro recenti falsò æſtimetur) verùm etiam tractationem de his ſuſcipere, rem eſſe novam, inauditam & hactenus nunquam auſam.* Exin' multi inconſideratiores concludunt, ſecula deteriorari, aurea ſibi præterita,

terita moderna fere ea fingentes & ſomniantes: imò cum *Tacit. lib.* 14. *annal. c.*20. exclamant, abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per avitam laſciviam; ut, quod uſquã corrumpi & corrumpere queat, in urbe viſatur, degeneretq; ſtudiis externis juventus, gymnaſia, & otia, & turpes amores exercendo.

18. Quibus, ſi de inutilibus & turpibus loquerentur ipſe ſuppeditarem querelæ materiam, ſcil. Ferè ita fieri, ut in qua gente vitia certa in crebuêre, mores jam vocentur: nec in veniam modo veniant ſed laudem. & *C. Memmius apud Saluſt. in jugurth. c.*31. *dolet*; ſcelera quanquam gravia, conſuetudine tamen pro nihilo haberi; quod diuturnitati temporis aſcribere videtur *Bodinus lib.* 1. *de Rep. c.* 10. *n.* 170. *quando dicit*: Temporis diuturnitas efficere poteſt, ut quod pernicioſo more & exemplo inveteravit, potentius ipſa lege dominetur. *vide l.*2. *C. quæ ſit long. conſuet.*

19. *Atqui uti hæ relaxationes non ſunt vitia in ſe, licet fieri ex accidente poſſe fatendum; ita quia communiores & uſitatiores hodie aliquomodo, quàm proximo fuerint ſeculo, non tamen ideò planè tollenda*, dummodo principalioribus non officiant inſtitutis, forſan ſeculi hæc erit natura, (nam ſingula penè ſecula ſuum habent genium, qui mortalium animos in certa ſtudia inflectere ſolet. *Euphorm. in Icon. anim. c.* 2. *p. m.* 38, imò ipſam loci naturam commutat tem-

pus, *quod addit. Cl. Beſold. in diſcurſ. de Nat. populor. p. 30* ) aut ſi non ſeculi, huius vel illius conditio vitæ poſtulabit. Quò igitur propius * noſtrum ſtudium ætatis præſentis moribus iiſque bonis, (hoc enim ſenſu cuncta intellecta volo,) accedat, eò minus dignum reprehenſione judicabitur: cùm ea docenda ſint, quæ auditorum ingeniis conveniant. *c. oportet.* 12. *c.* 8. *q.* 1. Noſq; mundo, non ille nobis, natus ad inſerviendum honeſtè: ſintemal ſich der Weltlauff nicht nach vns wenigen richt/ ſondern wir vns in ſelbigen ſchicken lernen ſollen.

20. Quem mundi ſtatum, cùm videamus à plurimis exigere variarum rerum, & exercitationum praxin, (quâ cognita ſæpè multò facilius ampliſſimas nanciſcimur functiones) quis eſt qui huic invideat? Certè non alius, niſi ſuæ qui non confidit virtuti. *Cic.* Quis itidem nobis in harum uſum & modum inquirentibus, per diſcurſum ſaltem, ſuccenſeat? Nemo niſi qui præjudicii atque affectus eſt mancipium, & plurima, quæ aliâs laudem merentur, & fructum gignunt, odio habet.

21. *Alij alio modo inſurgunt contra Academicorum exercitia, oblivioni & invidiæ ſuperaddentes recti ignorantiam, quâ vel artes deſpiciunt ipſas, rerumq; Magiſtros, vel abuſum uſui præferunt.*

22. Et quidem primò contemnunt ex eo, *quòd homine liberaliore indigna videantur*, quibus

bus potius regimen horum conveniat, quàm ſervitium: prout fermè allegatur in hunc ſenſum reſponſio Iphicratis, (*quam habet Plut. in apopht.*) *à Lipſio lib. 5. pol. c. 1.* de bellis diſcurrente, non miles, ſed de bello judicare qui potis, Quis tu es, qui tantos ſpiritus tibi ſumis? Utrum eques, an ſagittarius, an veles, an legionarius? Nihil horum, inquit, ſed qui his omnibus novi imperare. *Sic ſtudioſus cunctis his ſpectatorem & judicem potius, quàm actorem ſe præbeat.*

23. Verùm his reſpondere facile poſſumus, artes ipſas deſpiciendas non eſſe tanquam ſordidas, ſed potius ut juvatrices defatigatorum ingeniorum colendas, *ſi modo Academicus iis utatur certo modo & medio, certo propoſito ſibiq; convenienti fine*, quem ſi non excedat, ſed utilitatis, ſanitatis, recreationis, modeſtæ honeſtatis & honeſtæ modeſtiæ gratia ſequatur, non ſolum eo ipſo ſibi proderit plurimum, ſed aliis exemplum præſtabit, in quo ſe tanquam judicis ſpeculo videre & oblectare poſſunt: imò ſæpiuſculè poſtulanti conditioni obtemperans, tantum ſibi conciliabit gratiæ & favoris, quantum ingens ſtudii aſſiduitas, inq; evolvendis libris ſudor abluere nequeat.

24. *Magiſtros* deſpiciunt, tum quòd plerunque ſint *plebei* & vilioris conditionis, nobileſq; neceſſe habeant ab illis perdiſcere congruos corporis motus: *vide Georg. Datium in epiſt. dedicat.*

*decat. Tacit. verſ. Ital.* cùm quòd *fraudes* illorum creſcãt in immenſum, ſtuzerorum loculos expurgantes, vario aſtu diverſoq; dolo, ut in equiſones, cerdones & alios ſimiles non inconcinnè dicatur illud *Seneca. epiſt.* 27 Stultorum divitũ ſunt arroſores, & quod ſequitur arriſores, & quod duobus his adjunctum eſt, deriſores.

25 In his Informatoribus ſanè nihil video quid interſit, ſive æqualis ſive inferioris exiſtant conditionis, *dummodo ipſum illud quod docent, merentur laudem & præbeat uſum*: Nam quæ ignoras, ne pudeat diſcere; Ne erubeſce à quovis doceri: Quod maximi Principes non erubuerunt, erubeſce potius ignorare & non diſcere, *Ludov. Viv. in introd. ad ſapi. aph.* 42. *Fraudem* autem illorum, quod attinet, eam poterit, aut certe deberet vigilans Magiſtratus refrenare, aut liberum ejuſmodi informatoribus aditum permittendo, aut certum unicuiq; exercitio precium aſſignando Nec non quiſq; pro ſuo aut Inſpectoris arbitrio diſcernat, quantum huic vel alteri tribuendum ſit: Planè juvenes ſeipſos regere qui nondum valent ſolos abſq; Præfectis hîc exeſſe jubemus.

26. Ultimus morſus deſcendit *ex abuſu*. qui licet varius & multiplex, non tamen verum & genuinum tollere poteſt uſum. Nam

*Omnis commoditas ſua fert incommoda ſecum.*

Et

*Quid prodeſt, quod non lædere poſſit idem?*

*Igne*

*Igne quid utilius, ſi quis tamen urere tecta*
*Comparet, audacis inſtruit igne manus.*

*Ovid. lib. 2. Triſt.* Hocq; modo nec Duces erunt utiles, nec Magiſtratus, nec Medicina, nec ipſa deniq; ſapientia. Nam & *Dux Flaminius & Gracchi Saturnini Glauciæ* Magiſtratus; & in Medicis venena: & in iis qui Philoſophorum nomine male utuntur, graviſſima nonnunquam flagitia deprehenſa ſunt. Nunquam tecta ſubeamus, ſuperhabitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, poteſt uti eodem ferro latro. Quis neſcit, ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita, & (ne terrenis immorer) ſolem lunamq; præcipua ſyderum aliquando etiam nocere. *Quintil. lib. 2. Inſtit. orat. c. 16. Vide Senecam lib. 5. quæſt. nat. c. ult. per tot.*

27. Hinc caveamus, ne cum cane ſimul & lorum: *ne abuſum uſui anteferamus*, potiusq; exercitiis, quæ παρέργως, quàm ſtudiis liberalioribus, quæ primariò tractanda; inſiſtamus. aut magis inſiſtendi noſtra diſſertatione anſam præbeamus ullam cùm è cōtra hoc tanquā alieniſſimum à nobis ſejungi precemur illud *Senecæ epl* 80. approbantes: Cogito mecum, quàm multi corpora exerceant, quàm ingenia pauci: quantus ad ſpectaculum non fidele & luſorium fiat concurſus, quanta ſit circa bonas artes ſolitudo, quàm imbecilli animo ſint, quorum lacertos humeroſq; miramur. *& epiſt. 95.* Ceſſat

omne ſtudium: & liberalia profeſſi, ſine ulla frequentia deſertis angulis præſident. In rethorum ac Philoſophorum ſcholis ſolitudo eſt: at quam celebres ſunt culinæ; quanta circa nepotum focos juventus premit?

28. Sicuti autem illi, qui dictis moti rationibus, exercitia planè aut damnant aut averſantur, nihil niſi recti ignorantiam produnt, *ita nos inconſideratam temeritatem cuivis notam proderemus, ſi ea abſq; modo & medio ad cœli uſq; culmen evehere niteremur.* Hoc certum eſt ea prohiberi & non poſſe & non debere à majoribus, *ipſius etiam Ciceronis autoritate, pro M. Cœlio dicentis*: Juvenili ætati omnium conſenſu aliquis datur luſus, & ipſa natura profundit adoleſcentiæ cupiditates, quod ſi ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent, & paulò poſt: Detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, non ſemper ſuperet vera illa & directa ratio, vincat aliquando cupiditas voluptasque rationē, dummodo illa in hoc genere præſcriptio, moderatioq; teneatur: parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnum atq; famam, ne probrum caſtis labem integris, infamiam bonis inferat; ne quem interimat, ne interſit inſidiis, ſcelere careat, poſtremò cum paruerit voluptatibus,

dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, & adoleſcentiæ cupiditates, revocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Reipub. ut quod ratione antea non perſpexerat, ſatietate objeciſſe, experiendo contempſiſſe videatur. *Hac Cic.*

## *SECTIO II.*

## DE MODO.

1. MOdus itaq; II. rerum omnium utiliſſimus. *Plin. lib.* 8. *c.* 5. quo abſente omnis inſipiens eſt ſapientia, *Lipſ cent.* 2. *epiſt.* 37. decorumq; nihil ſine illo. *Heres.* 8. *c.* 12. & cautio eſt adhibenda, laborq; corporis temperandus, ne exhauſti & defatigati à magis neceſſariis avocentur, nec gerendis rebus ullum ex iis impedimentum ſequatur. *Tacit.* 2. *hiſt.* huc referatur etiam *Quintil. lib.* 1. *c.* 4. *præceptum.* Exercitationes neq; juſto pauciores ſint, ne odium ſtudiorum afferant denegatæ: neq; juſto plures, ne otii conſuetudinem ſecum trahant; nec ſint immodicæ, intempeſtivæ, periculoſæ, ne curſum ſtudiorum impediant, ſed juvent, utque credamus inſervire virtuti & doctrinæ. *Sturm. de educat. Princ. Hercſ. affix. p.* 346.

2. Unde non malè *Plato* 7. *de Rep.* ſomnum & defatigationes liberalibus diſciplinis adverſas inquit eſſe & inimicas; ſicut in contrarium, 7. *de*

*LL.* & *Cic.* 1. *Offic.* illas maximè commendat, quæ ſeriis ab actionibus non multum abſunt, ita ut non corpus ſolum ſed & animum oblectent. *Autor Medic. Salernit. p.* 463. quæ omni vacant periculo, quæ aliquid timoris habent & ſolitudinis, quæ ingenia vel erecta vel abjecta produnt, quæ ad certamina vera præparant.

3. Deinde providè eſt curandum, ne relaxationibus ſe dans, honeſtatis tranſgrediatur cancellos, modeſtiæ exuat limites, nimis omnia profundat, elatuſq; voluptate in aliquam turpitudinem dilabatur: ſed potius iis utatur ſicut ſomno, gravibus & rebus ſeriis facto. *Cic.* 1. *Off.* & *Hippocr. aphor.* 10. *inquit.* Labor, cibus, potio, ſomnus, Venus, omnia mediocria, ſiquidem vitioſum ubiq; quod nimium eſt. *Sen. de tranquill. c.* 9. optimum quod medium, *πάντων μέτρον ἄριστον.*

4. Uti igitur Plato veſtibulo ſcholæ ſuæ inſcripſit, *οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω*: ita nos januæ noſtri Sphæriſterii præfigamus: *οὐδεὶς ἄμετρος εἰσίτω* vel illud *Lipſii cent.* 3. *epiſt. ad Belg.* 49. O quàm omnia modica, optima! vel *Rollenhagij emblema* 35. *cent.* 2. Serva modum: *aut certè vulgatum illud*: Ne quid nimis.

5. Multi enim tota errant viâ, qui quoties in laboribus & fatigationibus fuerint verſati, tum maximè dant operam, ut corpus voluptatibus ſolvant, atq; emolliant; rurſum aut per voluptates denuò diſtringant, atq; intendant. *Plut. de*

*tuend. valetud.* cùm exercitationes omnes ſine virtute malæ, turpes & mancæ ſint, *Plato in Menox.* & flagitioſis turpibuſq; ſe exercere, hoc non ſit exercere ſed corrumpere. *Ioha. Ludov. Vives in ſatell. adſtipulante. Cic. de ſenect.* voluptatem commercium cum virtute non habentem, mentis præſtringere oculos, rationi inimicam.

6. *Remiſſum itaq; aliquando animum habebit Academicus, nunquam ſolutum. Sen. conſo. ad Polyb. & Ariſt. 2. Eth. c. 2. ſcribit.*: Profuſæ & remiſſæ nimium exercitationes labefactant vires, evertuntq; funditus: & poculenta ac eſculenta ſi modum tranſeant, vel infra modum adhibeantur, labefactant valetudinem eodem modo: ſin moderata ſint & modica, pariunt, augent & tuentur. *vide Caſum in ſphara Civit. lib. 8. c. 4. p. 485.*

7. *Commodiſſimè autem quisq; pro ſua ætate, pro viribus, pro tempore, pro voluntate, pro inſtituto vita moderabitur, juxta Sturm. d. l. ne ſanitati officiant, aut periculi foveam intrent: quod ſuo præcavere conſilio conatur* Mercurial. *lib. 4 de arte gymnaſt. c. 13. verbis ſeqq.*

8. *Totus exercendi modus & ordo erit. Primò,* corpus à ſuperfluitatibus quibuſvis emundare, caput pectere & faciem abluere, ne excrementa in variis corporum cavitatibus atq; in ipſo ambitu latentia, à motu excitata vaporationibus officiant, ſtrictiſq; meatibus nonnunquam in-

farita, aut exercitationis calore eliquata obſtructiones fluxionesq; diverſas pariant: *Vide etiam c. 11 d. libri p. 223.*

9. *Secundò*, ut corpus iis indumentis obtegant quæ laborem ſuperaddere nequeant, quæve interim à ventis ſi qui erunt, vel à frigore tueantur, aut etiam ſi æſtus urgeat, fervorem nullo pacto augere ſive fovere queant: nam indumenta niſi exercitantis prudenter accommodentur, præter impedimentum, quod laboraturis in motu præſtare ſolent, inſigne, faciunt quoq; & ut ſine motus debita menſura ſudent, & alia incommoda ſuſtineant.

10. *Tertiò*, tardos & remiſſos motus incipere, deinceps ad celeriores & vehementiores procedere, iterumq; paulatim remittere, nam ſubito ab intentis exercitationibus incipere, non ſolum imbecillibus, ſed etiam robuſtis corporibus ſummè perniciosum eſſe judicat *Galenus*, ita ut fiant uſq; ad anhelitum graviorem, ſudorem & laſſitudinem citra defatigationem. *Celſus lib. 1.*

11. *Quartò*, madefacta ſudore indumenta exſuere, nam ſi humecta illa retineantur, facilè eſt carnibus à calore relaxatis iterum imbibi ſudores, ſicq; denuo corporis meatus obſtruitur; præterquam, quod panni madidi mox frigefacti horrores, fætores & alias moleſtias inducunt, atque inde febres interdum oriri ſolent.

12. *Quintò*, blandè moveri & ſedata exercitatio-

tationis perturbatione cibum capere, quoad perturbatio illa & quaſi corporis fluctuatio æſtuatione, ab exercitatione genita prorſus ceſſaverit, eiq; tranquillitas quædam & lavatio ſucceſſerit: è contra verò nec ſtomacho immodicè vacuo, aut planè eſuriente labor & exercitatio ſubeunda, ne ingeſtus cibus, nec dum accommodatus concoctusve à ſtomacho rabiente, & conſeqaenter à membris valdè famelicis avidè nimis rapiatur. *Mercur. p. 223. quem omninò hac latè deducentem vide lib. 4. c. 11. 12. 13.*

13. Nimia igitur non ſit exercitatio, ſed modica & moderata, ne frequentia & continuitate exercitationum athleticum corporis habitum nobis inducamus; quod *Ariſt. 8. pol. 4.* damnat, conſenſu Vatis:

*Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines.*

## SECTIO III.

## DE TEMPORE.

1. Hinc modum ſive quæſtionem quomodo? inſequitur III. Tempus, *quaſi pars præcipua, quâ exceſſus committi poteſt.* Siquidem uno tempore & mente & corpore laborem ſufferre non oportet: uterq; enim labor contrarias efficere ſolet naturas: & corporis quidem labor menti, mentis labor verò corpori impedimento eſt. *Ariſt. lib. 8. pol. c. 4.*

2. *Quod vel ratione ætatis, vel anni partium*

*diuiditur.* *Ætatum diverſarum*, uti dixi *aphor.* 13. *& ſeqq. diverſæ ſunt actiones*; Juvenili ætati illæ, de quibus loquimur recreationes videntur accōmodatiſſimæ, ſiquidem ad earum functionem non convenienter affectus eſt animus ſenilis; ſed potius εὐεξία corporis in minoribus vegetæ ſenectutis eſt fundamentum. Quæ enim apta in adoleſcentibus, in ſenibus gravitatem non habent. *Cicer. ad Brut.* Aſt quemadmodum cœlo ſereno & tranquillo paranda ſunt quæ tempeſtati ferendæ neceſſaria: Sic in adoleſcentia hoc genus moderatæ exercitationis & temperantiæ, velut quædam ſenectutis viatica colligenda ſunt, *Clar. Dn. M. Heider. Pracept. & faut. meus ætatem honorandus in pol. MS. cap. de inſtit. puer.*

3. *Alterum tempus diſcernit Mercurial. de arte gymnaſt. lib. 4. c. 11. p. 220. in naturale & accidentale. Illud rurſum in univerſale & particulare; ſub univerſali Ver, æſtas, autumnus, & hyems comprehenduntur.* Hoc accuratè determinari non poteſt, propter locorum & temperamẽtorum varietatem; *Ariſtoteli* magis probatur æſtas, quod tum calor naturalis, qui languidior excitandus ſit, *ſect. 2 probl. 21. Hippocrati* frigus, quod æſtate calor aliâs ſit debilior. *lib. 3. de diæta. Galenus* corporum rationem habendam eſſe cenſet, ut temperata in temperato, frigida in calido, calida in frigido exerceantur, *lib. 2. de tuend. ſanit, c. 3.* Quicquid ſit, æſtus minimè accommoda-

modatus fortes ad exercitationes, præſertim iis in regionibus, quæ corpora ferunt mollia, fluida & caloris impatientia. Frigus & ipſum non ſatis idoneum, tolerabilius tamen nobis quam æſtus. *Aer verò temperatus omnium convenientiſſimus.*

4. Hinc rectè *Mercurial. c.* 11. ſingulas illas temporum viciſſitudines evitandas eſſe ſcribit, in quibus vehementiſſimè venti perſpirant, præſertim quando peſſimi ſunt, ut auſtrales & aquilonares plurimi, à quibus corpora motu rarefacta & infirmata valdè læduntur; ſimiliter quoq; nimis ſicca, nebuloſa, obſcura, craſſa, nimis frigida & nimis calida fugienda, quando ſic aer depravatus etiam abſq; exercitatione apertos corporis meatus facilè ſubit, humoresq; ſecum invehens membris non ſine noxa affigit, & per conſequens graviora non ſine ratione corpora reddit, animumq; deinceps gravat. E contra verò eligendum tempus ſerenum ac dilucidum, cùm in eo nuſquam dicti damni aliquid animadverſum ſit, quin potius ab illo corpora ad motum adjuvari, ſpiritusq; ſuapte natura luciditati amicos confirmari & animum recreari perſpicuum eſt.

5. *Particulare tempus, dies ſcil. earumq; horas*, ita diſponit *Galenus & Avicenna*, Ut ſi ſanitati ſtudere velimus, *Vere meridianam horam*, eligamus quãdo aëris ſtatus temperatior exiſtit: *Æſtate matutinam*, ut diei æſtus, quantum fieri poteſt, evitetur; *Autumno & Hyeme veſpertinam*, niſi

niſi vel cibus manè ſumptus, vel quid aliud vetat. Nam cum hiſce temporibus manè aër frigidior ſit, aliæq; diei breves admodum partes in negotiis neceſſariis conſumantur, & præterea cibus quantumvis exiguus manè ſumptus non poſſit, niſi veſpere, concoctus eſſe, hæc hora ab antiquis probata eſt. *Id. d. l.*

6. Hoc certum eſt *longè præſtabilius eſſe, ut cibum præcedant quam ut ſequantur exercitationes: Aut. Medic. ſolernit. p. 464. & ſeq.* quod non tantum probatiſſimorum Medicorum uno ore pronunciantium teſtimonio, ſed & exemplis declarare facillimum; ſiquidem *Hippocrates & Galenus* (rejecta *Ariſtotelis* opinione, motum aliquando poſt ſumptum cibum commendante, *ut refert Plutarch.*) manifeſtè docent, quantam hujus canonis obſervantia pariat utilitatem, & quantum eius neglectus gignat diſpendium: *ὥσπερ γὰρ, inquit Galen. lib. de cib. bon. & mal. μέγιστον ἐστιν εἰς τὴν ὑγιείαν τὸ πρὸ τοῦ σιτίου γυμνάσιον, οὕτω καὶ βλαβερώτατον ἐπὶ σιτίοις ἡ πᾶσα κίνησις. id eſt*: Quemadmodum enim ad ſanitatem maximè conducit ante cibum peracta exercitatio, ita quivis motus poſt cibum perniciosiſſimus eſt.

7. Nam exercitatio cibos præcedens facit, ut calor nativus excitetur, augeatur & ad futuram concoctionem perbellè præparetur; nec non ſuccos utiles in univerſum corpus, prout deſtinati ſunt, optimè diſtribuit, excrementis faciliorem

liorem exitum præbet, quæ alioqui ſi retineantur, obſtructiones, ac multos alios morbos retuſo nativo calore progignere ſolent. Ex adverſo verò ſi quis poſt cibum exercitationes adeat, nedum univerſi corporis habitui innumeræ cruditates infarciuntur, verum etiam univerſalis ſuccorum coctio impeditur. *Mercu. d. l. p. 222.*

8. Idem exemplo *Alexandri Macedonum Regis* monemur apud **Plutarch.* qui rejectis obſoniorum artificibus longè ſe commodiores ſecum afferre, nempe matutinam deambulationem ad condiendum prandium, & prandii tenuitatem ad condiendam cœnam dictitabat: ut & *Marci Antonii Imperatoris* valetudinis ſtudioſiſſimi, qui *referente Galeno 6. de tuenda Valetud. c. 5.* breviſſimis diebus ſole occidente palæſtram ingrediebatur: longiſſimis autem hora nona vel ad ſummum decima: nec non *Caroli Clivenſis Principis Iuventutis*, qui quotidiè poſt pomeridiana ſtudia tertiam & quartam, & aliquoties nonam poſt antemeridiana tribuit exercitiis. *Hercul. Prodic. Stephan. Pighij. p. 115.*

9. Has horarum diſpenſationes Romæ uſitatas, deſcribit *Martial. lib. 4. ad Euphem.* ſequenti carmine:

*Prima ſalutantes atq; altera continet hora,*
*Exercet raucos tertia Cauſſidicos,*
*In quinctam varios extrudit Roma labores,*
*Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.*

Sufficit

*Sufficit in nonam nitidis octava palæſtris,*
*Imperat exſtructos frangere nona thoros,*
*Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum,*
*Præparat ambroſias dum tua cura dapes,*
*Et bonus æthereo laxatur nectare Cæſar,*
*Ingentiq; tenet pocula plena manu,*
*Tunc admitte jocos, greſſu timet ire licenti,*
*Ad matutinum noſtra Thalia Iovem.*

10 Hîc notandum obiter, ut *loca* recreationibus deſtinata, ſecundum *Galeni præceptum* l. 1. *de tuend. ſan. c.* 3. ſint ſalubria, hoc eſt, aperta, laxa, poſita ad orientem aut ſeptentrionem, procul à ſtagnis, paludibus & fœtoribus diſſita &c. *Obſerva quoq; nos hîc de corporis potius, quàm animi loqui exercitiis. Adhibe cap. 23. Heresb. de erud princip. p. 330. & ſeqq.*

## SECTIO IV.

## DE PERSONIS.

1. METHODI propoſitæ ratione tempus IV. excipiunt PERSONÆ, quibus exercitia & relaxationes convenire potiſſimum cenſeamus. Eas autem hoc in ſtadio nominamus *Academicos ſive ſtudioſos*, ad eoſq; reſtringimus: ita tamen ut omnes ii, qui Academicis gaudeant immunitatibus & privilegiis, comprehendantur, veluti *Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles reliquiq; ſtudijs actu incumben-*

*cumbentes*, totus quorum ſcientiâ mundus illuminatur; alioquin objici nobis poſſe ſentimus, multa Scholaribus incongrua nos delineare exercitia, quam tamen inconvenientiam ſtudentium varietas concordabit.

2. Hinc quærimus: *Num albo Academico non inſcripti, publicasq; lectiones, diſputationes, declamationes, & exercitia non frequentantes, gaudeant privilegiis ſtudioſorum?* Et *primò* quidē *Coloniæ* nemo fruebatur his immunitatibus, niſi im̃atriculatus verè operam dederit literis. *Middendorp. lib. 5. de Academ. p.* 168. (Hodiernus verò mos abillâ lege receſſiſſe videtur:) Idem publicè edixerunt. *Ordines Hollandiæ in Academia Lugdunenſi. Iacob. Bouric in paneg. ad pandect. p.* 169. nec non leges aliarum Academiarum exigere hoc volunt *arg. l. antep. D. de teſt. mil. & ibi Angel n. 7. Decius in l ſi rin. C. eod. l. 1. C. de advocat. diverſ. jud & hic Saliceet. l matric. C. de agent. in reb. lib. 12 & ibi Bart. n. 3. Donell. in auth. hab. n. 6 Menoch 2 præſumpt. c. 78. n. 3. Geil 1. obſ. 21. n. 5. & 9. Matth. Steph. de Acad. c. 5. n* 18.

Verum vix eſt ut probent, *Inſcriptionis* negligentiam è ſtudioſorum numero quempiam excludere, licet ob hanc puniri poſſit ſineq; mora compelli, ut nomen ſuum profiteatur, & ſe immatriculari curet. *Hun. in com. ad d. auth. c. 1. q. 1. p. 27. vide Cothman. reſponſ. ſing. conſult. Acad. lib. ſing. reſp. 17. n. 10. & ſeqq. Quirin Kubach. faut. & amicum meum ſing. cent. 3. dec. 9. q. 6.*

3. *Secun-*

3. *Secundò*, licet viva vox magis efficacior, *Seneca*. & mortuâ dignior, uti inquit *Imp. in Nov. 73. c. 3. & Canoniſtæ in cap. ſi rector diſt.* 43. *Caccialup. de modo ſtudendi. doc.* 6. tamen non ſequitur, prout concludit *Sichard ad d. auth. n.* 8. cum aliis à *Gilckenſio* collectis, *lectionum & diſputationum infrequentiam* ſtudioſos privare ſuis privilegiis, ſiquidem rationes Imperatoris in his non omninò ceſſant, cùm etiam ſtudiorum cauſa peregrinentur, eorumque ſcientia mundus illuminari poſſint, nec non proprii ingenii acumine & privato ſtudio plurimum proficere valeant. *l. inter artific. ff. de ſolut. l. 2. §. poſt hunc maximè 47. de Orig. Iuris.* quando ſcil. vel cum æqualibus, vel cum Profeſſoribus ipſis, vel etiam cum aliis legum Candidatis, Licentiatis & Doctoribus de utilibus quæſtionibus ſententias conferant. *Hun. d. l. q. 2. p.* 34. nec intereſt, quomodo quis proficiat modo honeſta ratione ad finem deſtinatum perveniat. *l. Gallus. § ſi ejus. ff. de lib. & poſthum. l. mulier. §. fin. de condit. Inſtit.* & licet ſerius fortaſſis, tamen privilegia meritò iis attribuit, *Ilico Vmmius diſp. proceſs. judic.* 4. *th.* 12. *n.* 65.

4. *Quid verò, ſi nec actu ſtudeant ſed aliis ſe dent exercitiis?* Hos, ſi jure civili ſtricto procedendum, privilegiis exueremus, quia & cauſa & ratio in iis ceſſat, quâ ceſſante ipſe quoq; ceſſat effectus, *l. 13. de adopt. l. fin. de teſt. tut. arg. l. 51. C. de Epiſcop. & Cler. l. 6. §. 4. de excuſ. tut.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/48 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*l. Gramm.* 2. *C. de Profeſs. & Medic. l.* 58. *C. de Decurio. l. un. C. de Collegiat. l.* 9. *C. de SS. Eccleſ.* ut ex jure Canon. *c. generaliter* 16. *q.* 1. *c. ult.* X. *de reſcript. in* 6. *c. gloria* 71. *in fin.* 12. *q.* 2. *& c. cavete q* 5. Nullaq; juſtior beneficii amittendi cauſa eſt, quàm ſi id non præſtatur, ob quod beneficium conceſſum fuit. *c. un. §.* 2 *verſ. ſed non.* 2. *F.* 24. Beneficium quippe omne datur propter officium. *Bart.* Et miles non gaudet privilegiis, niſi in expeditione eſt. *l. pen. C. de teſt. mil.* Adhibe *Georg. Müller. amicum meum in diſp. ad auth. hab. θ.* 3. *tit.* 6. *Stephan. de Academ. p.* 47. *n.* 32. *Speck. cent.* 1. *q.* 71. *p.* 232. *n.* 8. *& cent.* 2. *q.* 15. *p.* 113

5. *Excipere* conantur *Canoniſtæ Barbat. Alexand. ad Bart.* eos, qui quidem non ſtudent, attamen aliàs honeſtè & decenter vivunt: Hi quàm benè? ſciant, eandem in his militare rationem, quod ſcil. ſtudiorum cauſa non adſint. Iam privilegia extra perſonas privilegiatas non ſunt extendenda. *c. priv. diſt.* 3.

6. *Alij alios excuſant,* (quando non ſtudiis ſed aliis rebus indulgent,) *ob ſplendorem eos tolerantes,* quò major ſit ſtudioſorum numerus, cujus rei gratia immunitas & alia jura nonnunquam infringuntur. *l.* 11. *§. de muner. & honor. l.* 3. *§* 2. *de Decur.* uti ex *Gilck. ad d. auth. n.* 19. docet *Detlev. in diſp. de privileg. Scholar. Præſide Ampliſs. & Conſult. Dn. Fomanno Præceptore meo θ.* 22. *quæ habetur in tom.* 3. *Iuris Publ. Francof.*

7. Ve-

7. Verùm longa diverſitatis eſt ratio, ſiquidem allegatæ leges loquuntur de neceſſitate, ubi nim. Reſp. periclitatur. Hîc verò nulla eſt neceſſitas, aut nullus conſtitutus numerus ſtudioſorum: qui certè ingentem patientur lucis & ſplendores ecclipſin, ſi ſole eruditionis deſtituãtur. *Ioan. Limnæus amicus meus ſing. in diſput. de Academ. th. 10. lit. a.* multò magis ſi luna probitatis: Nam ſi unicus *Ariſtoteles Platoni* ſufficiebat, ſi ſatius eſt paucos eoſq; bonos ſtudioſos, quàm numeroſam otioſorum aut malorum multitudinẽ habere, prout *Philippus Landgravius Haſſia in fundatione Acad. Marpurg.* apertè teſtatus eſt: quis eorũ, qui plane à ſtudiis alieni, ea tergo tantum aſpiciunt, delictiſq; potius quàm dictis ſe inquinantes, ſuſcipere auderet tutelam? *Certè haud ullus.*

8. *Niſi qui exercitij gratia regerere vellet.* 1. nos vivere in *Romuli fæce*, quâ malorum ſemper maior copia, *juxta Cic.* non *Vtopia Mori*, aliq; in omnib. ſtatibus & ordinibus otioſos & ignavos, unde vix poſſibile videatur, omnes Reip. nævos tolli & revelli poſſe: Non cuncta *Cleantis* ſunt perſpicienda ſpeculo: nec *Critolai* lance ſingula libranda: Dann ſichs zu keiner zeit vnd an keinem ort alles hat laſſen zu böltzen drähen / wird auch darzu in ewigkeit nim̃ermehr kommen. Omniaq; ut bene ſint, fieri non poteſt, niſi omnes boni ſint, quod abhinc ad aliquot annos nõ expecto. *Thom. Morus in Vtop. lib. 1. p. 109.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/50 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

9. *Ergò*, licet quidam ſtudioſorum interdum verſentur in Academiis, inutilia terræ pondera ſe oſtendentes, & circa loca Ædilem metuentia verſantes *Seneca de vita beata. c. 7. ubi vide Lipſ. in Not. n.* 36. de quibus eleganter & graviter *Vir Clariß. Dn. M. Heid. in hypotypoſi ſcholaſt. boni & mali.* tamen non ſtatim à privilegiis ſunt arcendi, cum & admonitione & coërcitione ad frugem redire poſſint, majuſq; damnum ſæpe expulſionis quàm tolerantiæ exiſteret; Nam ut boni vel criminis malorum ſunt participes nec pœnæ, ita non eſt abſurdum malos pati propter bonos, ne ſimul cum Zi-Zanio verum triticum eradicetur. *vide Excellent. Sagittar. Præcept. meum in diſp. de felicit. urb. in quib. Academ. eriguntur.* ubi contra ſentientibus modeſte reſpondet. In cœlo tantum omnes ſunt probi, apud inferos omnes reprobi, in toto autem orbe mixti, ut inquit *Ping. Pator. E.* & in Academico.

10. II. *Si mos, quo pugiles, inter ſtudioſos recipiuntur, probandus*, multò magis is, quo tolerantur negligentiores, (nam ſi vitiis maniſeſte commaculati, pœnæ rei ſunt extra reſpectum inſcriptionis,) & petulantiores: At non modo *pugiles*, qui acceſſorie tantum inſerviunt ſtudioſis, ſed etiam *famuli, nuncij, Pedelli, ſcriptores, librorum compactores, Typographi &c. arg. l. un. ff. de bonor. poſſeß. l. fin. de teſt. milit. l. 1, 2. C. de Epiſc. & Cler. l. 1. §. fam. de Publ.*

iiſdem

iiſdem fruuntur immunitatibus, cùm beneficium conceſſum in principali etiam ad aceſſorium ſit extendendum. *Moller. 4. ſemeſtr. 21.* & aliâs Principum beneficia latiſſimè interpretentur Icti. *l. 3. de Conſt. PP. c. olim. de V. S. & ibi Abbas. Cujac. in παρ. C. de ſent. paſſ.* Ergò.

11. Ne autem vanitatum putemur patroni, in hunc dicta finem pronunciamus: Das es ſehr wenig vorſchub bringe / wann man ſchon mit gantzen Laſtwägen voll Büchern vnd vermeinten eyferig gefaſten opinionen / ein Newe Welts reformation einzudringen vns bemühen / welcher so ſie ins werck gericht werden ſolte / ein Loch gewinne vnnd zu Waſſer würde: & ſi Rhodum jam oſtendas, ubi ſaltandum ſit, claudicent omnia.

12. Fac periculum, in medium profer conſilium graviſſimum ſevero monito & indignabundâ lege, contra omnes Academiarum morbos; certè in applicatione hærebis: Præfige tibi omnes Europæ Univerſitates eaſq; & florentiſſimas & optimas, ubiq; reperies quoſdam, qui deſidioſorum, qui & petulantium nomine digni, Graviter diſputes, Pſeudoſcholaſticos privilegiis eſſe indignos, imò impellere has tentes, ſtatim praxis & experientia tibi adverſabitur: Belgarumq; adagium prohibebit: Die Jugendt ſoll vertaſen.

13. Ut igitur Neptunus in undis, ſic in orbe vivitur, quicunque hic natare neſcit, protinus ſub-

ſubmergitur. *Sen.* Ergò & nos natabimus ne ſubmergamur. At quibus in undis? puris ſcil. & ſalubrioribus, non luto vitiorum turbidis: Nam ſi negligentes & petulantes ſuos habeant defenſores, rationeq;, non quidem ex ſe, ſed reſpectu aliorum, nitantur aliqua; *multò magis & rectius Nobiles & Illuſtres Perſonæ à morſu multorum liberantur, quod non tali aſſiduitate, quâ reliqui literis incumbant, ſed & honeſtis exercitiis & recreationibus ſe dent.* Quarum ſi tantummodo finis diverſitas conſideretur, nō tam diu huic inhærendum eſſet nodo, ſed ut rectè ſolvatur, lubet aliquantulum expatiari, Illuſtrium vitam & ſtudia penſitantes.

## *SECTIO V.*

### DE PRINCIPUM ET ILLUSTRIUM PERSONARUM Studiis.

1. Certiſſimum hoc & ab omni dubitatione alienum, tanta in Remp. literariam invecta eſſe mala, ut quod *Morus de opificibus* conqueritur, id nos de literarum ſtudiis: *Scribit autem lib. 2. de Vtopia. p. 147. in hunc modum:* Multò certè pauciores eſſe, quàm putaras invenies eos, quorum labore conſtant hæc omnia, quibus mortales utuntur. Expende nunc tecum, ex his ipſis quàm pauci in neceſſa-

riis opificiis verſantur. Siquidem ubi omnia pecuniis metimur, multas artes neceſſe eſt exerceri inanes prorſus ac ſuperfluas, luxus tantũ ac libidinis miniſtras. Nam hoc ipſa multitudo quæ nunc operatur, ſi partiretur in tam paucas artes, quàm paucas commodus naturæ uſus poſtulat, in tanta rerum abundantia, quantã nunc eſſe neceſſe ſit, precia nimirum viliora forent, quàm ut artifices inde vitam tueri ſuam poſſent.

2. Ita certè multa imò plurima hodiè recepta & jure quaſi civitatis litterariæ donata videmus, *quæ non vitæ ſed ſcholæ ſolùm inſerviunt, nec iis ad benè vivendum ſed tantum ad ſciendum utimur ſæpius*, etiam cum maximo litteraturę vituperio, cujuſcunq; conditionis exiſtamus: Nam ut Illuſtribus & Nobilibus perſonis remoram injiciunt maximam: ita aliis nocumento potius, quàm documento, obfuerunt magis, quàm profuerunt. Quemadmodum *Menedemus Etriensis*, cum videret multos in doctrina, nec modum nec modeſtiam tenere, ſolitus fuit dicere, plurimos navigare *Athenas* ſtudiorum gratia, qui primum eſſent ſapientes, deinde fierent Philoſophi, tum progreſſu temporis evaderent idiotæ. *Plutarch.*

3. Sed ut *Gnatonum aulicorum* ſuſurros effugiamus, & ne in peritiorum reprehenſiones incidamus juſtas, medio tutiſſimi ibimus, quando hoc probare conabimur, neceſſaria ſtudia ad

vitæ

vitæ & ditionis regimen facientia Principes facilius multo capere poſſe tum ex convivali & deambulatoria converſatione, (de qua infra *partit.* 3 *ſect.* 4.) quàm ut ſudore magno eliciantur. Nam quantum temporis apta diſpoſitio, occaſionis accurata obſervantia, methodus & ordo proficit? quo prętermiſſo nihil rectè agetur, cum is cujuſcunq rei agendæ modus. *arg. l.* 58. *de re jud. l.* 4. *C. de ſent. & interloc. c. cum dilecta, de reſcriptis,* & aliâs equum per caudam frænaremus *Lancell. in l. nemo poteſt. de leg.* 1.

4. *Abſit igitur ut hominem de ſchola fingamus, qui ferulam pro ſceptro geſtet*: aut militem ex libris, ſicut ille nautam ex commentario, facere poſtulemus. *Piccart. d. l. p.* 34 iniquum enim omnino eſt nobiliora ingenia ſtudiis dehoneſtari minoribus, & eos quos graviora expectant officia voluptatis & vanitatis occupationibus agitari. *Caßiod. de cur. nug. & ex Chryſtom. Rodericus Epiſcopus cap.* 24 *p* 57. *probat.* Wie vngerecht ſeye/ die Edeln hohen ſinn vnd vernunfft mit den mindern Künſten beſchnödet werden: quod ſimilitudine confirmat *Guſtavus Selenus. lib.* 1. vom Schach vnd Königſpiel. *c.* 1 *p.* 11. Gleich wie zween/ ſich im Schach ziehē/ nit wenig bemühen/ in dem einer dem andern mit groſſer ſpitzfindigkeit/ nachſtellet: vnd demnach ob ſie zwar/ jhre zugelaſſene Frewdt vnnd ergetzligkeit/ nebenſt guter vbung deß Verſtandes/ erlangen/ weder jhnen ſelber/ (Dann ſie dadurch/ nicht

frömmer/ auch nicht geworden) noch dem gemeinen leben/ einigen nutzen ſchaffen/ beſondern jhren Witz/ dißfalls vergeblich anwenden/ vnd nur geſpilet haben; als wird hiemit angedeutet/ das viel/ auch ernſte ſachen/ welches zu beklagen/ (als zum exempel das ſtudiren) nur zu allerhand ſpitzfindigkeit/ vnd grüblen anlegen/ ſich auch nur/ auff daſſelbe/ welches zur ſcherffung deß Verſtands fürſtendig/ vnd zu wiſſen/ nur beluſtiget/ ſonſten aber wenig nutzet vnd frommet begeben: vnd derentwegen/ was zu deß gemüts vnterweyſung vnd anführung zum guten/ vnnd damit dem gemeinen leben gedienet were/ nicht achten/ beſondern gantz vnterlaſſen. Hæc ille. *Ergò* ut omnium rerum, ſic literarum quoq; intemperantiâ laboramus. *Sen. epl.* 107. quando plus ſcire quàm ſatis eſt, volumus. *Id. epiſt* 89. Unde fit ut ſcholaſtica ſtudia leviter tractata delectent, contrectata verò & propius admota faſtidio ſint. *Id. controv. lib. 5. in princ.* & non tædio tantum ſed & noxæ.

5. Nam turpe eſt difficiles habere nugas & ſtultus labor ineptiarum, *ex Catull. Weſenb. in π. de vulg. & pupill ſubſtit.* Exulent quæſtiones, quæ nec ſcienti proſunt nec ignoranti obſunt, quas ſi contineas, nihil tacitam conſcientiam juvant, ſi proferas, non doctior videberis ſed moleſtior: Quod quærentibus num prior ſcripta eſſet Ilias an Odyſſea occinit *Senec. de brevit. vitæ c.13.p.*270.

Nos

Nos verò diſputantibus, quot fuerint in Herculis clava nodi, aut quid Sirenes cantare ſint ſolitæ; quænam nomina illorum, qui equo Trojano abditi fuerunt: aut ſociorum Ulyſſis, & quos ex illis Cyclops devorârit, quos verò Leſtrigones. *Ioh. Lemn. d. 6. 10. tit. de* & alibi *Senec. epiſt.* 102. graviter eos increpat, dicens: non debuit hoc nobis eſſe propoſitum, arguta diſſerere, & philoſophiam in has anguſtias ex ſua majeſtate detrahere Quantò ſatius eſt ire apertâ viâ & rectâ quàm ſibi ipſi flexus diſponere, quos cum magna moleſtiâ debeas relegere? neque enim quidquam aliud iſtæ diſputationes ſunt, quàm inter ſe peritè captantium luſus. Inde *Gell.* 5. *N. Att. c.* 15. cum varias Philoſophorum ſententias expoſuiſſet, corpus ne ſit vox an quid corporum, tandem ſubjicit: Hos alioſq; argutæ & delectabilis deſidiæ aculeos cùm audiremus, neque in his ſcrupulis aut emolumentum aliquod ſolidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi videremus, *Ennianum* illud probabamus, *Philoſophandum paucis quo de infra aphor,* 113. *adhibe Thom. Garzon in piazza univerſ.* oder Schauplatz aller Künſt. *diſcurſ.* 4. *p.* 68.

7. Hos bellè & facetè depinxit *D. Sebaſtian* Brandt / *Petrus Argentin. & politicus elegans antiquus*, in ſeinem Narrenſchiff oder Weltſpiegel. c. 27. Vom unnützen ſtudiren: *ſeqq. rythmis.*

Der Rechten Kunſt man nit thut achten/
Vnnůtz geſchwätz allein betrachten:
Ob es wolt Tag ſein oder Nacht/
Ob hab ein Menſch ein Eſel gmacht/
Ob Socrates oder Plato lauff/
Solch lehr iſt jetzt derſelben kauff.
Sind das nit Narren vnd gantz thumb/
Die tag vnd Nacht gehnt damit vmb.
Vnd Creutzigen ſich vnd ander Leut/
Kein beſſer Kunſt achten ſie nůt.
Darumb Origenes von jhn
Spricht/ das es ſind die Fröſch geſinn/
Vnd die Hunds Mucken da hand/
Gedurchechtet Egyptenland.

In vetuſtiori editione & hos addidit, quos recentior omiſit: verùm cùm ad hujus rei declarationem non minus facere videantur, præterire diſplicuit:

Diſe der Wort allein hand acht/
Der Warheit ſelten wird gedacht/
Vnd machen daß die Kunſt ſich thut/
Mehr zeigen ſchwer dann groß vnd gut.
Vnd machens viel verwürter mehr/
Dann daß ſie ſcheinbar klar außgeh/
Vnd kommen dick mit worten zamen/
Mich wundert daß ſie ſich nit ſchamen/
Mancher ſo er weißt weidlich ſchon/
Das ſein meinung irrt vnd ſein wohn/
Vnd das er hat vnrecht zu zeit/
Dannoch ſo will er ſchweigen nit.

Vmb

Vmb das man ſeh das er viel kan/
Vnd das jhn gſchweigen mög nieman/
Vnd lehrnet dannoch nichts deſtmehr/
Gickes Geckes iſt dieſer lehr.

*Adhibe Iohann. Geyler Keyſersberg. concionat. Argent. in nav. fatuor. turba.26. & Nicolaum* Höniger *ejus interpretem.*

8. Et hi ſunt illi ſcioli, de quib. *Marius Spelta* in ſeiner klugen Warheit. *lib.1.c.16* Die ſich einig vnd allein verderben/in der Sophiſteren vnd ſolchen Philoſophiſchen flüchtigen/wetterwendiſchen nachgültigen/vnd nichtsſollenden kindiſchen quæſtionen vñ fragen. Alſo gehn die ſachen leyder vbel von ſtatten/wan die Reſp von ſolchen Philoſophaſten einig gubernirt vñ verwaltet werden. Als die anders nichts haben/ dann jre ſophiſtereyẽ/ Fantaſeyen vñ Mucken: darneben aber keine praxin nit.

9. Cùm quibus fermè convenit primum Philoſophorum genus, quod *Laurent. Grimalio. de opt. Senat. lib 1. p. 76.* (*vel Liberius à Bodenſtein in Iuriſpr. polit. lib. 1. c. 23. qui præter tituli mutationem Idem cum Grimalio eſt*) ineptum ad Reſp. gubernandas judicat, cum primoribus labris philoſophiam deguſtârint, nec ejus inſtitutis, cupiditatum & vitiorum in ſe ſitimq; reſtinxerint: Unde tales vitam à virtute philoſophiaq; diverſam vivunt: non enim altas in eis radices fixit Philoſophia, quæ doctos ſimul & bonos efficere ſolet: *vide etiam Beſold. de conſil. polit. axiom. 397.*

 10. Ridi-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/59 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

10. Ridiculi ſanè ſunt, qui ex gryphis dialecticis Reip. commoda quærere laborantes privatæ rei & propriæ conſulere nequeunt: Dantur enim plures, qui non ſat habent, ſibi ſolis ludere ſed alios quoq; fallacibus concluſiunculis captionibusq; circumſcribere nituntur: Hi licet ſine noxa decipiant, tamen & planè alieni ſunt ab omni fructu & uſu vitæ, qui in noſtro requiritur ſubjecto ſcil Academicis: Quod autem *Theodoſius Berenicus in dedicat. proaulij Tubæ pacis, occenta Sciphiano Belli ſacri claſſicæ*, inania contemplandi ſtudium, ſi bonæ fidei limitibus incluſum & exercendo ingenii acumine contentum nemini fraudi ſit, ex *Plutarcho* commendet etiam, tantum abeſt ut vituperet, id facit ratione *Democriti* eiuſq; ſimilium, quorum proprium eſt, ratiocinari, meditari & contemplari non vitam ad regimen informare ſuam, quam nec diverſitate finis niſi præſupponimus.

11. Recenſentur autem quædam à *dicto Berenico* Dialecticorum ſophiſmata, ex quorum relatione manifeſtum erit quàm procul illæ vanæ ſubtilitates & ſubtiles vanitates abſint à praxi & uſu: ut ſi quis à ſyllaba caſeum arrodi probet eo, quod mus ſyllaba ſit, puta me iſtud non ſolvere poſſe; quod mihi inquit *Seneca, epiſt.* 49. ex iſto inſcientiâ & acutâ deliratione periculum imminet? quod incommodum? ſine dubio verendum eſt, ne quando in muſcipulâ ſyllabas, capiam; aut ne quando, ſi negli-

gentior

gentior fuero, caſeum liber comedat. Si quis item interrogatur, an cornua habeat, non eſt tam ineptus aut hebes, ut non habere ſe neſciat, quod tu illi ſubtiliſſimâ collectione perſuaſeris: nec tam ſtultus, ut frontem ſuam tentet, quanquam id fecit *Diogenes Cynicus* facetiſſimè. Nam ratiocinatori tali, concludendi ipſum cornua habere, eum non amiſerit, manu frontem tangens, Equidem, inquit, illa non video. Et hæc non ſophiſmata ſed cavillationes *Cicero vocat*: quibus quiſq; ſe tradidit, quæſtiunculas quidem vafras nectit; cæterum nihil proficit, neq; fortior fit, neq; temperatior, neq; elatior: *Sen. epiſt.* 111.

11. Tam verò tales cavilli non nocēt, ſe delectent etiam; ſed quos? certè quorum negotium in ipſo perſiſtit otio. Hinc *Ariſtippus* egregiè quidem ad ſubtiliter differentem & vincentem: Ego, inquit, victus ab eo, jucundius quam tu victor domiturus. Noſtri verò Academici, de quibus ſermo, in hâc lubrica jucunditate non modo dormirent unam noctem, ſed vereor totam vitā, nihil rei profuturi publicæ. Ergò non abſurdè Dialecticos hujuſmodi, ψηφοπαίκταις ſeu præſtigiatoribus calculariis ſimiles eſſe, dum *Araſilao Philoſopho* indicamus, qui mirâ manuum agilitate, ſuis nos acetabulis jucundè decipiunt.

12. At quàm frivolæ & ſordidæ habentur illæ (abutor nomine) artes, quibus glaucoma

hominibus obducitur & mundus circumvenitur, tam indignæ homine Academico, ad res politicas nato ſunt ejuſmodi ſtrophæ & cavillationes: Nam eo magis indignor, aliquos ex hoc tempore (quod ſufficere nec ad neceſſaria quidem poteſt, etiam ſi cuſtoditum diligentiſſimè fuerit,) in ſupervacua majorem partem erogare. Negat *Cicero*, ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos. Triſtius inepti ſunt, illi ex profeſſo laſciviunt, hi agere ſe ipſos aliquid exiſtimant. Nec ego nego proſpicienda iſta; ſed proſpicienda tãtum & à limine ſalutanda, in hoc unum ne verba nobis dentur, & aliquid eſſe in illis magni & ſecreti boni judicemus. *Sen. ep.* 49.

13. Sic inanes Ethicorum præceptiunculæ, niſi hanc habeant vim, ut vitam virtuti conformem reddere poſſint: parum enim mihi placent illæ literæ, quæ ad virtutem Doctoribus nihil profuerunt. *Saluſt. Marius in Iugurth. vide Sen. epiſt.* 88. Non in hoc adhibeatur Philoſophia, ut aliqua oblectatione conſumatur dies, ut dematur alii nauſea; ſed animum formare debet. *Sen.* Exemplo T. *Pomponij Attic.* Principis Philoſophorum, qui ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem uteretur. *Cor. Nepos in ejus vita.* Inde rectè *Seneca epiſtol.* 24. turpiſſimum judicabat, quod objici nobis ſolet, verba nos philoſophiæ non opera tractare. Sunt enim

verba

verba rebus probanda. *Idem epiſt. 10.*

14. Hinc veriloquium, operosè nihil agere, qui in literarum inutilium ſtudiis detinentur. *Seneca de brevit. vit. c. 13.* Innata igitur diſcendi cupiditas potius explenda eſt in rebus utilibus diſcendis, quàm frivolis; id quod egregiâ ſimilitudine probat *Plutar. in Pericle.* Taciteq; perſtringuntur *Athenienſes* circa res inutiles acuti & exquiſiti. *Thucid. lib. 1.*

15. Et hoc non tantum, licet præcipuè, in Philoſophicis fit, Nam

*Iliacos intra muros peccatur & extra.*

Hinc in Ictos maximè invehitur *Ioh. à Wower de polymath. c. 19* Quantum, inquiens, demutavit Juriſprudentia ab illa antiqua ſapientia civili, cum juvenes in ſcholis rixētur, cōmiſſi diſputationibus ludicris, & inſtar ſpinarum paribus aculeis invicem obverſis, quibus tam belle inſtruuntur, ut cum in forum venerint, putent ſe in alium, ut ille ait, orbem eſſe delatos.

16. Præter has ineptias ſunt & *aliæ literarum nugæ*, non quidem in ſe, eatenus enim bonæ & fructuoſæ, ſed ratione uſus, noſtri ſubjecti ſcil. Perſonarū Illuſtr. Nobil. & aliorum, quorum operæ Reſp. aliquando cōcreduntur. Nā qui Philoſophiæ ſe à primis uſq; in unabilis dediderūt: in eaq; tanquā ad Syreneos ſcopulos adhærentes conſenuerunt. Horū contemplandi philoſophādiq; ratio, quòd hominum utilitatem negotiaque civilia non attingit, inutilis eſt Rebuſp.

 quamvis

quamvis enim ingenioſi doctiq; ſunt, quia tamen in unius Philoſophiæ latebris degunt, nec forum attingunt, ad res gerendas inepti ſolent evadere. *Laur. Grimal. lib.* 1. *p.* 77. *de opt. Senat. Eraſm. in præf. ſuper Suet. ad Frider. Elect. Sax.*

17. Abſit igitur ut Princeps hic deſideat aut in meditatiunculis conſeneſcat. Ut enim is, qui ignem à vicino petit, non illic hæret, ſed ablato eo domi focum ſuum accendit: ſic capiendi à doctrinâ igniculi illi Prudentiæ, & ad uſum actionem civilem transferendi ſunt. *Lipſ. in Not. ad c.* 10. *pol. lib.* 1.

18. His accedunt nimis acuti, quos *Lipſ. in Not. ad c.*4 *lib.* 3. malos & ineptos vocat, quòd diſputare magis & ſermocinari, quam ſuadere & conſulere poſſint: tempusq; ſæpè terant milium, quod dicitur terebrando: imò hebetiores, quàm acutiores ut plurimum, melius Remp. adminiſtrant. *Thucid. lib.* 3. & nimis ingenioſi mali ſuaſores. Noſſe enim debemus captum omne conſilii eſſe, non in acumine, aut ſermonum rationumq; copiâ, ſed in directâ quâdam judicii norma. Ea autem plerunq; in his acriculis abeſt.

19. *Demoſthenem & Ciceronem* adi, quid iis diſertius? At tantum profecerunt nimiâ ſuâ & exquiſitâ eloquentiâ, ut ille Athenienſium, hic Romanorum dicatur interitus. Qui de *Tiberio & Cajo Grachis* à matre *Cornelia* nimis acutè edu-

tè educatis? nonne alter, ſermone qui graviſſimus lege agraria ſeditionem movit? Qualis rixarum & actionum inter *Catones* perpetuarum de populi tuenda libertate, effectus? Nonne libertatis amiſſio? *Machiavellum* vide, quid eo acutius? at parum bonus & felix ille *Cæſari Borgiæ* Conſiliarius, quidquid excuſet ſe & fatum accuſet. Vide *Clementem VII* Pontificem, miram ei ingenii vim omnes tribuunt: ſed in actionibus conſiliisq; quàm infelix, Roma ſcit, & nunc etiam dolet.

20. In populis ipſis hoc notabis; Quis neſcit *Athenienſes* ante *Spartanos*, *Florentinos* ante *Venetos*, ingenio & acrimoniâ fuiſſe? melius tamen conſtantiusq; hos Remp. ſuam direxiſſe omnes videmus. Imò & *Scytæ*, *Tartari* & aliæ nationes feliciter vixerunt abſq; literatis. Auch wer iſt der nit wiſſe/ dz ſich die Nurſinẽ deſſen ſehr wol erinnern wie ſchädlich es einer Statt ſey/ ſich von ſolchen Pedanten vnnd Schulhaſen zubernirenzulaſſen/ welche anderſt nichts haben/ als ein wenig Kunſt/ vnd in agilibus ſeind tanquam Aſini ad lyram. Deßwegen / wann ſie einen Rathstag wollen halten / oder was tractiren / da laſſen ſie durch einen Stab oder Rathsboten/ mit heller Stimm bandirn vnd außruffen: foora fuora: letterati: Das iſt die Gelehrten packen vnd trollen ſich hinauß; Wollen nicht daß jhnen ein allzuviel naßweyß vnd gelehrte Perſon/ jhr natürliches judicium, Vrtheil vnnd Verſtand inter-

rumpere, auffhalte / verhindere oder verſtöre. *Marius Spelta in ſapiente ſtultitia, lib. 1. d. c. 16.*

21. Verum caveamus prorſus cum ſubtilibus damnare litteratos, quos lubentes in conſilium admittimus, ſed qui non ſunt hoc tantum. Nam qui ſolâ & nudâ iſtâ cognitione litterarum ſe jactant, valdè repellimus. Hinc Conſtantius Imperator peccat, apud *Zonaram in Conſtant.* quod neminem in ſenatum allêgerit, niſi eruditum, quiſq; ſe ad dicendum exercuiſſet, & ſciret ſcribere vinctâ oratione & ſoluta: quaſi hoc ſolum Principis aptares perſonam. *Neceſſum eſt, adſint plura ad ejus officium.*

22. Judicium enim, tanquam gubernatricis prudentię fundamentum, & in illiteratis præclaras edere valet actiones: Nonne *Carolus V.* etiã nulla tinctus literatura Germanorũ evaſit *Hercules*? Nonne *Philippus Cominaeus* naturali ſuo judicio & conſilio, tribus Galliæ Regibus potentiſſimis, adfuit quã prudentiſſimè? Annon *Franciſci Guicciardini* genium excellentem nobis manifeſtavit ejus hiſtoria Italica, elegantiſſimis dicteriis referta? *vide Scherb. in not. ad lib. 7. pol. Ariſt. c. 14 p. 344.* Imò magis arridet *Trajanus* aliquis leviter doctus, ſed vigilans, ſerius; quàm Princeps ſtudioſus, in literis deliteſcens. *Lipſ.*

23. Præterea & uſus ſeu experientia auget ut plurimum imperantium judicium: Quo nomine laudutur *Alexius Philanthropenus Imp. Andronici Iun. avunculus*, quod erat vir non modo

propter longinquitatē ætatis multo rerū uſu ornatus: ſed multus rerū uſus magno etiā & illuſtri ingenio nitebatur. Unde duplicē virtutis fructū tulit; partim à natura inſitū, & ſponte enatum: partim longi temporis caſib. & exercitationib. excultū *Niceph. Gregoras. lib. 11 c. 4 p 376.* Otioſa ſiquidē diſciplinarū tractatio, quam libri ſuppeditant, ſive illa tenuior ſive copioſior ſit, organico corpori ſimilis eſt, animā deſideranti quæ per ſenſuum experientiā accedat: aut etiā variis ciborum generib. in ventrē congeſtis comparari queat, qui calorē ad concoquendū poſtulent. Is verò calor nō alius fuerit, quā multus uſus & variarum rerū experientia. *Idem. lib. 8 c. 19 p. 227. f.*

24. Addo cum Lipſio, ſubtiliter eruditos, non ineptos tantū, ſed & malos eſſe, propterea quòd habeant arma nocendi, plurimiq; vitia ſua tegāt & inumbrent hoc velo, animo perfidioſi & ſubdoli, avaritiā ac libidinē occultātes. *Tacit. 15 annal.* ſpecie bonarum artiū falſi & amicitię fallaces. *Itidem.* quo pertinet Germanū illud diverbium: Je gelehrter/je verkehrter: id comprobat *Reinhar. Lorich.* in ſeiner Inſtruction/wie Junge Herrn anzuführen. *c. 6. p. 33* his verbis: welches in allen gelehrten ſehr ſorglich vnnd ſchädlich iſt ein groſſer ſchalck. Subtilia namq; ſtudia doctiorē ſolum faciūt, rarò meliorē, ſępè etiā improbiorē. Quot n. ſubtilib. ingeniis Philoſophicorū ſtudiorū delicię ad Atheſinum præivere? *Mich. Piccart. obſer. hiſtorico-pol. cent. 1. dec. c. 5. p. 241.* & ſicuti vivum,

quo

quo nil ſalubrius, quibuſdam in venenum eſt: ſic iſt s, qui laqueis quæſtionum malo, dediti ſunt, Philoſophia quâ abutuntur. *Lipſ.*

25. Vber das / das gleich wie ſolche vberwitzige Klügglinge offtermalen dem gemeinen Nutzen / Land vnnd Stätten hochſchädlich ſeind / alſo ſind ſie auch bey den Leuten / in jhrer converſation beſchwerlich vnd verdrieſzlich. Summa in allem jhrem thun vnnd vorhaben vnleydlich vnd vngern geſehen. Dann wann dergleichen Leut / derer Verſen man lieber / wie man ſagt / als die Zehen ſihet / zu Gelochen / Zechen vnd Gaſterenen kommen / ſo gelangen ſie ſo bald nicht an / ſondern erfüllen alles / mit jrer verdrieſzlichen gravitet / vberläſtigen / beſchwärlichen auch ablåſſigen diſcurſen / gewäſch vnd geplauder / alles voll Melancholi traurigkeit vnd ſtillſchweigens / kommen ſie zu täntzen / feſten vnd kurtzweilen / ſo ſtinckt jhnen alles: vnnd ſind wie die Eſel in der ſalbe. Wird etwan von frölichen vnnd kurtzweiligen Leuten / ein Löblich holdſelig: vnnd erfrewliches geſpräch auff die Bahn gebracht / da ſchweigen die ſo ſtill / als hetten ſie einen Wolff geſehen / vnd wiſſen nichts mehr. Sind ſie bey den Comœdien vnd offentlichen ſchawſpielen / ſihe da iſt jhr gegenwart / männiglichen ſo beſchwerlich / das ſie gedrungen ſein ſich davon zu machen: Auch die Comœdianten recht mit Thai, ſo ſich ob Catonis præſentz ſchewete herfür zu tretten / ſagen mögen: Hier iſt Cato. Ja wann ſolche naſzweiſe mit einem

zu contrahiren haben / ſo können ſie ſich nimmer darein finden oder deß handels eins werden / alſo cavilliren ſie/ſo ſpöttiſch vnd zämpleriſch ſeind ſie/ halten vmb ein geringes der maſſen hinder ſich/ vnd vnderlaſſens / daß es ein ſchand iſt. Welche je weyſer/ je klüger / vnd witziger ſie ſein / vnd ſich erweyſen wöllen/ je mehr Lappen / Gecken vnnd Fantaſten erzeigen ſie ſich. Sie können auch nimmermehr ſteiffe Freundſchafft halten / ſo argwöniſch vnnd ſuſpitios ſeind ſie. Summarum ſie ſind von männiglichen/wegen jhrer hohen Weyßheit biß in den Todt verhaſt. *Marius Spelta ſupr. cit. loco.*

26. Cauſam huic rei, daß es in Regierungen nicht allzeit an Büchern gelegen ſey/ aſſignat *Lipſ. in Not.* triplicem. Prima, quòd velocia & ignea ingenia, in aſſiduo ſunt motu, ſemper movent aliquid, & nec quieta, quieta ſinunt: novandiſq; quàm gerendis rebus aptiora. *Curt. lib.* 4. Altera, quòd in multiplici inventione & rationum copia plerunq; natant, & ægrè expediunt aliquid cui inſiſtant. Tertia, quòd ea ſibi proponunt quæ non ſunt, non erunt; & mentem conſiliaque adverſarii æſtimant à ſubtili ſuâ mente.

27. Hinc utroq; nomine malè audiunt, & illi, qui vanioribus ſe oblectârunt, & qui ſubtilioribus inhærentes conſenuerunt, atiq; nimis evaſerunt: Nam didici ego *inquit Cic.* veriſſime compertumq; habeo, Reges & Principes ab Theo-

ab Theoricæ Philoſophiæ ſubtiliori ſtudio laudari non ſolere: Weil ein Fürſt darumb ſtudiert: Damit er Land vnd Leut zu regieren tüglicher vnnd geſchickter ſey: ſoll derohalben mit den minutiis Grammaticorum oder Philoſophorum vnd Poetarum ſein beſte zeit nicht zubringen. Joh. Werner Gebhard. *lib.* 2. Fürſtl. Tiſchreden. *c* 23. *p.* 109. Die Schulfüchſerey will lange zeit haben/ welche viel trefflicher kan angelegt werden/ wie anſehenliche dapffere Leut ein ſolches ſchon allbereit in jhren Büchern offentlich angeregt haben. *Iuſt.* Reifenberg. in Politiſcher beantwortung dritte frag/ wie eines Jungen Herrn Præceptor ſich verhalten ſolle. *p.* 320.

28. Sic *Iulianus Deſertor* (aliâs magnus & multiplici virtute Imperator) ab hâc immoderatâ diſcendi cupiditate tam ſiniſtram de ſe opinionem cõcitavit, ut Græculus litterio & Philoſophis nimiũ deditus diceretur. *Ammian. Marcel. lib.* 17. Sic *Marco Antonio Imp.* ex immodico Philoſophiæ ſtudio Philoſophi cognomentum adhæſit, quo *Avidius Caſſius apud Gallic.* Ubi de diſciplina omnis majorum? quæ olim quidem intercidit, nunc verò nec quæritur. *Marcus Ant.* philoſophatur, quærit de clementia & de animis, & de honeſto & juſto, interim non ſentit pro Republica. Vides multis opus eſſe gladiis, ut antiqua Reip. forma reddatur. Et *Hadrianus* extra culpam affectatæ doctrinæ non fuit *Dio Caſſ.* Peccavitq; pariter *Michael Ducæ filius, Byzantij*

*Impe-*

*Imperator* qui, ducente *Michaele Pſello*, ita totum literis ſe dedit, ut gubernatio rerum penes alios eſſet & turpiter imperium dehoneſtaretur *Ioh. Zonar. in annal. tom.* 3. imò & alii plures fama minus ſe unda fuerunt.

29. Quid verò de iis ſentiendum Illuſtribus, (*ut Ioanne Megapolit. Hermanno Haſsiæ, Alberto IV. Bavariæ Richvvino Lotharingiæ Ducibus, Alberto Comite Hohenberg. Eberhardo Starenbergio, Sigismundo Herberſtenio Baronibus, aliiſq; à Thoma Lanſio in conſult. de prov. prærog. orat. 1. pro Germ. p. 31. & ſeqq. Hermanno Kirchnero in orat. de magnatib. Arnold de Reiger in quæſt an Doctoratus nobilitatem dedecoret? nominatis*, qui graduum aſſumptionem inter ornamenta duxerunt,) aliorum relinquo judicio. hoc addens, ſi abſq; magis neceſſariorum impedimēto, regiminis jacturâ, & ad teſtificandum erga literas amorem, amplificandamque Principali exemplo graduum dignitatem, corona ipſis impoſita, & virtus honore debito condecorata, tantùm abeſt, ut optimè de iis ſentire dubitem, cùm laudem potius & magnifaciam.

30. *Pracavendum inſuper etiam erit & alterum extremorum*, donec medietatem inveniamus, ne ſcil. eos, qui *Illuſtrium & Nobilium* nomen merentur, pileo eruditionis ad regimen neceſſariæ omninò exuamus. Licet enim omnibus natura dederit fundamenta, ſemenque

virtu-

virtutum; & omnes ad omnia iſta nati ſimus: tamen cùm irritator acceſſerit, tunc illa animi bona velut Utopia excitantur. *Sen. epiſt.* 108. Irritator iſte doctrina & eruditio eſt, naturam quæ laudabilem reddit ornatam ibi prudens invenit, unde ſapientior fiat, ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit quemadmodum ſubditos ſub æqualitate diſponat. *Caſſid.* 10. *Var. epiſt.* 3. Hinc non in caſum dicere ſolitus fuit *Diogen. Laert. lib.* 2. *de Vitis Philoſoph* unicum eſſe bonum ſcientiam, malum contra unicum inſcitiam; quòd illinc rerum humanarum felicitas, hinc certa calamitas impenderet. & *Iſocrat. ad Demo.* ſolam poſſeſſionum immortalem vocat ſcientiam; cùm clarum quem & nobilem faciat, ſineque ſtudiis æger ſit animus, quibus ingeniorum creſcit dignatio, nec ipſis tantum honor habetur, ſed quicquid illorum memoriæ adhæſit, excipitur. *Seneca & Cic. pro Archia inquit*: Omnia eſſent æterna caligine obſcurata, & cuncta jacerent in tenebris, niſi literarum lumen accenderet.

31. Hoc donat juvenibus ſobrietatem, ſenibus affert ſolatium, pauperibus conciliat opes, divitibus eximium decus, propterea quod ætatem ſuapte ſponte lubricam coërceat ab intemperantia, ſenectutis incommoda honeſto ſolatio mitiget, divitum fortunas exornet. *Diogen. apud Eraſm.* 3. *apopht.* Inde haud ſcio, quid

hujus

hujus contemptor curet, negligit animum quo nihil eſt præſtantius, ſe ipſum ignorat, quo nihil turpius, corpori ſervit ignaviæ deditus, quod eſt illi commune cum belluis, quibus id præcipuum ut alantur ventriq; indulgeant à natura tributum. *Paul Maccut 2. epiſt 25.*

32. Imò Principes à pravis & illaudatis conſiliis eruditio ſola retrahit. *Comin. lib. 10. hiſt. gall.* firmiterq; præſervat ne circumveniantur, quod in iis nullam rerum cognitionem habentibus facillimum, qui ſi vel ingenio valerent, vel librorum lectione quæſitam haberent aliquam prudentiam, non temere circumveniri poſſent, nec ludificationibus aliorum eſſent expoſiti. Huc pertinent rythmi deß Froſchmeuslers. *lib. 2. cap. 2.*

Das iſt gewiß der beſte Mann/
Der ſelbſt alles beſchawen kan/
Am hellen Tag mit guten Augen/
Darff keinem frembden zeugniß trawen.

Hoc enim certò ſtatuendum eſt, Deum non condidiſſe regna, ut gubernarentur ab hominibus ineptis & ſtolidis, qui frivolâ quâdam & miſerâ jactatione ſolent dicere ſe, quod uſum literarum non habeant, ſuis familiaribus & neceſſariis omnem actionem committere, ac deinde nulla probabili adducta ratione cur ita loquantur, totos ſe dedunt voluptatibus. *Idem, lib. 3. hiſt. gall p. 385.*

33. *Præterea* animus noſter per ſe ferox,

molle-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/73 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

molleſcit per doctrinam & ſe frangit, diſcitque affectus & omnes motus magis habere in poteſtate. *Lipſius in not. ad c.* 10. *pol. lib* 1 *p.* 30] Unde rectè *Menander.* ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ: omnes eruditio manſuetos facit. Et pulchrè *Plutarch in C. Marc. Coriol.* Nihil majus ex Muſarum placido commercio homines capiunt, quàm quòd naturam mitigent, & manſuetam faciant ratione & doctrina, amplectentem ex iis modeſtiam & quod Nimis eſt fugientem. Itaque *Marcio Coriolano & C. Mario* hoc defuiſſe oſtendit, ſummis alioqui viris, qui, *inquit Plut.* ſi Muſis Gratiisq; litaſſent non impetu ablati tam fædum & turpem rebus ſuis exitum dediſſent. Nam

*Artibus ingenuis* ——————
*Pectora molleſcunt aſperitasq; fugit.*

*Ovid* 1. *de pont.* & ſecundum *Horat.* 1 *epiſt.*

*Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poßit,*
*Si modò culturæ patientem præbeat aurem.*

Unde factum, ut veteres humanitatem appellaverint id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem inſtitutionemq; in bonis artibus dicimus, *Lorichius de inſtit. princip.* c. 9. quas qui ſinceriter cupiunt, ii ſunt vel maximè humaniſſimi. *Gellius lib.* 18. *Noct. Attic. c.* 15. & *Eraſm.* 3. *apopht.* dicebat, ſatius eſſe, fieri mendicum quàm indoctum, quod ille tantum pecuniis egeat, hic humanitate.

34. Idq, potiſſimum ex hac ratione, ut Illuſtres

ſtres legendo ea percipiant, quæ boni Regentis quam maximè interſunt, & quorum aulici cæcutientes nolunt, vel non audent admonere. Illi enim cum fortunâ Principum magis loquuntur quàm ipſis plerunq; Principibus. *Tacit.* Non quę optima ſed quæ ſuaviſſima & dulciora cōſulunt. *Solon* abſurdiſſimis ſæpè dictis aſſentientes, ſupparaſitātur eorum, quos ut maximè apud Principem gratiæ, ſtudent aſſentatione demereri ſibi *Morus de Vtopia p.* 52.

35. Et ne malam ſibi concilient gratiam, diſſimulant, & ut ex omnibus fortè ſit unus, qui fideliter admoneat; is tamen ſuæ ſententiæ nullos habet approbatores, ac ferè fit ut ridiculus habeatur. Cominæ, *lib.* 10. *hiſt.*

36. Vel in ſummū Principis odium incurrat. Periculoſum enim eſt, principem, qui rei cauſas non benè percipit, inſtruere, ſiquidem facilè fieri poteſt, ut ſi errores illius notet, ob ſchon mit der gröſten geſchicklichkeit vnnd ehrerbietung als jmmer ſein kan geſchicht / is pro ignorante ſe haberi præſumat, uti loquitur ille apud Rom. *Lorin. lib* 6 *cap* 1. von der Fortification. Jn ſumma ſolche Tiſch vnd ſeckel Freund / ja Eceboli Vertumni, Windbläſer vnnd vnbeſtendige Wetterhān / loben offtmals der Herrn offentliche laſter / nit das ſie vermeinen / es ſey lobens werth / ſondern allein / dz ſie jnen das placebo ſingen / fälbel ſtreichen / vnd der ſachen / durch gunſt der Herren in dem ſeckel vñ jrer Kūchē genieſſen. Dañ Heucheley iſt ein

ſonder=

ſonderliche Kunſt Gnad vnd Reichthumb zuerlangen. *Lorich. in edit. german. c. 18. p. 98. latinâ c. 29. p. m. 68* & *ex eo* Reifenb. in Politiſcher beantwort. erſter frag. *p.* 69. & *ſeqq.* & *ſutor* der wunderbar heimlichen offenbarung vnnd colloquii, vom jetzigen leydigen zuſtand in Oeſtereich/ quando adulatio contra veritatem diſputat his verbis: Es were bißweilen beſſer/ die Warheit lieſſe fünffe gerad ſein / aber die Katz leſt das mauſen nicht/ ſo iſt mir (adulationi) zwar auch hab aber mehrers nutz darvon als ſie: Richt man alſo den weg nach Placentz nicht nach Verona, weiln da Keine ſachen haſſen / denn die Warheit haſſen gebieret zu finden. *Bonat. Loring. in colloq.* 1. *lib.* 6. von der Fortification.

37. *Libri* verò neſcientes erubeſcere non connivent, ſed ut dignis bonos Heroas evehunt laudibus, ita ſublato metu pravos inſectantur, ac dente Theonino rodunt. *Lorich. d. l. p.* 23. veri monent & arcana ſæpe detegunt. *Tacit.* uti eleganter & vere cenſuit *Alphonſus Arragonius* dicens: meliores vivis mortuos ſibi conſiliarios eſſe, libros intelligens, qui neq; metu, aut pudore, non gratia aut odio aliove adfectu moti, verùm ſibi nude ſimpliciterque declararent, *adhibe Piccart. decad.* 1. *obſervat. hiſtorico polit. cap.* 5.

38. *Aſt hoc* improbabunt nonnulli Aulicorum, ſubverentes, nenon, ubi Princeps bonarum diſciplinarum cultu ſplendidior evaſerit, & ingenii

ingenii radiis omnium aulicorum oculos præſtrinxerit, inferiorem gratiæ vel autoritatis gradum ſint occupaturi, & non tantum ineptiſſimos ſuo conſilio adſciſcunt Pædagogos, ſed in hæc verba prorumpere non erubeſcunt: *Lorich. c. 6. p. 12.* Vnſer Herꝛ hat Gelts vnd guts genug/ er darff nit ſtudiren. Das Studium macht ſchellige Köpff/ Er ſoll kein Doctor werden: die Bauren vnnd armer Leut Kinder/ welche durch das ſtudium ſich ernehren ſollen/ müſſen fleiſſig ſtudiren. *Idem. edit. germ. c. 4. p.* 10. Der Inſtruction wie Junge Herꝛn anzuführen. *Draud.* in Fürſtl. Tiſchred. *lib. 1. c. 3.*

39. Qui literarum hoſtes, videntur imitari ſtultitiam *Epheſiorum*, hi cùm *Hermodorum* civitate expellerent, ita locuti ſunt: Nemo de nobis unus excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco, & apud alios ſit: *Cic. 5. Tuſcul. quæſt.* nec rectè legerunt *Seneca epiſt. ad Pollio.* decretum: Etſi magis refert noſtra, fortiores fieri, quàm doctiores; tamen alterum ſine altero non fit. Non enim aliunde animo robur venit, quàm à bonis artibus, quàm à contemplatione naturæ.

40. Animis, quæſo infigant *Trabeati* illi oſores, & denſis tandem excuſſis animi tenebris ſagaciter perpendant ſapientiſſimam Alphonſi *Arragonum Regis* literas in Principe improbatas à *Rege Hiſpan* audientis ſententiam: Bovis illa vox eſt, non hominis, cùm à rationis judicio non profecta, ſed inſulſo beluinæ ruditatis

inſtinctu effuſa. *Eraſm. 3. apophth.* & *ex eo Lorich. d. l.* & *Vladislai Bohemiæ Regis*: Non videtur mihi homo, nedum Pinceps, qui literas ignorat. *Æneas Sylvius. lib. 3. hiſt. Bohem.* Faciles & apertas præbeant aures *Philippo Cominæo lib. 3. hiſt. p. 389. graviter dicenti*: Nulla majori clade populum Deus affligere poteſt, quàm ſi Principem ei præficiat ſtolidum & imperitum, neq; enim dici poteſt quam multa hinc oriantur incommoda Namquia totus pendet ab aliorum arbitrio, neq; per ſe quicquam gerit ipſe, naſcuntur factiones, dividitur populus, dividitur ſenatus & regni proceres: inde bellum naſcitur atq; ex bello rerum penuria quam excipiunt deinde morbi, & varii generis ærumnæ. Juſtam ergò & doloris & quærimoniæ cauſam habet populus, cum ſui Principis liberos videt malè inſtitui, & ab hominibus vitioſis educari.

41. Similem quærelæ cauſam, cum magno rogantium poſt damno, prætenderunt, *Gothi*, qui cùm *Amalaſuintha* egregia fæmina filium ſuum *Atelaricum* liberaliter inſtitui doceriq; curaret, cœtu facto ad eam venerunt, quærentes regem ſuum nec rectè nec decenter inſtitui. Nã iſta omnia litteraria longè à robore & armis abeſſe, imò effæminari iis animum & ad timorem traduci: *Procopius de bello Gothor. lib. 1.* quare hæc omitteret, & magiſtros exueret ſatis amplis doctoribus inſtructus, majoribus ſuis. *Tacit. 14. ann.* Ut autem parere debuit *Amalaſuintha*

ira

ita *Gothorum* erronea fuit petitio, prout etiam ex inferioribus, *partit.* 3. patebit, quando Minerva artis & martis ponitur Dea.

42. Hinc jure culpatur ille *magnæ familiæ Princeps*, cujus meminit *Keckerm. lib.* 1. *pol. c.* 2. *p.* 63. quòd planè nullum in aulâ ſuâ pati voluerit aut potuerit, qui unicum ſaltem vocabulum latinum didiciſſet aut loqueretur; dicens, haſtiludia, venationes, aucupia & talia ejuſmodi heroica eſſe exercitia, libros verò relinquendos eſſe ſcholaſticis homuncionibus. Quaſi verò ſuo modo hæc conjungi impoſſibile eſſet, uniq; ſubjecto includi. Et *Ludovicus XI.* valdè damnatur, quod ipſe quidem doctus, filium autem *Carolum* omnium bonarum artium rudem voluerit, ne eſſet in conſiliis capiendis refractior & tenacior ſui ſenſus. Et me herculè hoc eſt aſſecutus: Nam illum jam Regem duo treſve homunculi, & ii ex viliſſimis, huc illuc pro ſuo arbitrio circumegerunt, cum magna ſubditorum indignatione & malo, *Comin & ex eo Lipſ. in not. ad c.* 10. *pol. lib.* 1. Rectius multò *Wilhelmus* filios ſuos ſtudiorum gratia in Academiam *Lutetianam* miſit, ne ignominiam hereditariam cum patrimonio in liberos tranſmitteret, is enim ob ruditatem neglectus, fratre *Arnoldo* literato in gratia *Regum & Pauli Pontificis* exiſtente. *Thom. Lanſ. in conſult. Frider. Achill. orat. pro German.* 1. *p.* 32. *edit. recent.*

43. *Ergò*, cum ſtudia viris Principibus & Illuſtribus quàm maximè ſint neceſſaria ; (imò magis ac plebeis hominibus, cùm ex illorù ingeniis & inſtitutione litteraria, totius patriæ fortuna dependeat, ex horum non item. *Lorich.d.l.* nulluſq; ſit cui ſapientia magis conveniat quàm Principi, cujus doctrina omnibus debet prodeſſe ſubjectis. *Veget.in præfat.lib* 1.*de re milit* cùm eum maximè juſtitiæ capiat oblivio, qui in Imperiorum honorem gloriæve cupiditatem incidit. *Cic.*1.*offic.*) & hactenus duo extrema à nobis ſemota, medium inquirere properemus, ut enim aſpectus à circumfuſo aere lumen accipit, ſic exceſſus à medietate temperatur.

44. *Non nimiopere in literarum inveſtigatione immergantur Illuſtres & Nobiles*, ſed tantum hauriant, quantum opus ad uſum & bonam mentem; vulgi exemplo, qui plus interdum ſapit, quia tantum, quantum opus ſapit. *Lactant. lib.* 3. *Inſtit.* Multos ſtuduiſſe magis, quàm ſtudere adderet. *Chockier in theſ. aphor. polit. lib.* 1. *c.*10 *p.*39. Acuti in pluribus, ita & hoc loco *Belgicus illius Senecæ Iuſti Lipſii, in not pol. d.l.* monitum erit producendum: *Princeps neq; nihil, neq; omnia diſcat.*

45. *Non nihil*, ob modo dicta, vitaq; ſine literis mors eſt & vivi hominis ſepultura. *Sen. epi.* 20. Hominis præſertim Principis, qui cum *Alexandro Magno apud Gell lib.* 20 *c* 4. anteire doctrinâ debet malle, quàm copiis atq; opulentiis; ſiquidem

ſiquidem divitiarum & fortunæ gloria fluxa & fragilis habetur. *Saluſt.* decus autem eruditionis & doctrinarum virtutes, nullius fortunæ ludibriis obnoxiæ, immortales florent. Quas nec Jovis ira, nec ignes, nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas. *Plutarch. de educ. puer. plura habet Lorich. d. l.*

46. *Non omnia*, quoniam juxta *Hippo. apud Athen.*

*Vanius haud quicquam, quàm ſcire & diſcere multa;*

Vana ſcil. non enim qui plurima, ſed qui utiliſſima nôrunt, docti autumandi; ut non ii, qui plurimum comedunt & exercentur, melius valent iis, qui modicè *Ariſtipp. apud Laert.* nec qui multa, ſed qui multum legunt. *Sen.* quiq; fructuoſa ſciunt, ſapiunt; *Æſchylus.* Sic *Demetrius Cynicus* dicere ſolitus fuit: Plus prodeſſe, ſi pauca præcepta ſapientiæ teneas, ſed illa in promptu tibi & in uſu ſint, quàm ſi multa quidem didiceris, ſed illa non habeas ad manum. Nam quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros nexúſq; perdidicit, quorum uſus ſub adverſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe aut altero benè exercuit & eorum occaſiones intêtè expectat; nec enim refert quam multa ſciat, ſi ſcit, quantum victoriæ ſatis eſt, ſic in ſtudiis multa delectant, pauca vincunt *Sen. 7. de benef. c. 1.*

47. *Philoſophentur ſed paucis*, nam omninò haud placet, *Ennius Neoptolem.* & ſine mollitie,

*Thucid* non negligenter & perfunctoriè, ſed methodicè & dextro præceptorum compendio, longâ uſus ſerie, *Kecker lib.*1 *ſyſt. pol. c.* 2. *p.* 69. deguſtent quidpiam ex Philoſophia non in eam ingurgitent, *Gellius lib.*1. *Noct. Attic. c.*17. Moderatum enim ſi philoſophiæ ſtudium in Rege ſit, mirandam efficit temperaturam, ſed nimia in eodem ſtudio occupatio odioſa & moleſta eſt, adeoq; humilior, quàm ut ſcenæ regali conveniat. *Apollonius apud Philoſtrat.* Verum inſtare quis poſſet, difficile fieri ut in philoſophia pauca ei ſint nota, cui non aut pleraq; aut omnia. Nam nec pauca niſi è multis eligi poſſunt, nec qui pauca percepit, non idem reliqua eodem ſtudio perſequetur. Sed in vita occupatâ, atque ut Neoptol. tempore erat, militari, pauca iſta multum ſæpè proſunt & ferunt fructus, ſi non tantos, quanti ex universâ philoſophiâ percipi poſſunt: tamen eos quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine aut metu liberemur. *Cic.* 2. *Tuſcul.* imò ſatis ferunt Reip. commoda ſi ferunt: Wann die ſtudia Regiments verſtendige vnnd Policey-gelehrte machen/ auch zur Regierung taugliche Leut anführen.

48. Will alſo ein groſſer vnterſcheid zu machen ſein/ vnter hohen Stands vnd privatperſonen/ deren etliche darumb ſtudiren/ daß ſie Doctores, Schulmeiſter vnd Prediger/ andere damit ſie jhrem Herꝛen deſto beſſer dienen/ vnnd ſich

darvon

darvon ernehren mögen. Gebhard. in Fürſtlich. Tiſchred. cit. loc. (inquibus æquè improbo ſcientiam extra uſum, ſi quidem non paranda nobis ſolùm, ſed fruenda ſapientia eſt. *Cic. 1. de finib.* & *cum Poeta Pacuv.*

*Odi homines ignavâ operâ & Philoſophâ ſententiâ*

Cùm nihil fieri poſſit indignius, neq; intolerantius, quàm quòd homines ignavi & deſides operti barba & pallio, mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborumq; artes converteret, *Gell. lib.* 13, *c.* 8. (Nam majus quid & excelſius in principe requiritur, *Tacit.* quàm ut levis armaturæ & velut alimoniæ militem agat. *Reiſenb.* aliâs idem, quod *Trebellius Pollio in Gallienum* oratione, poëmate atq; omnibus artibus tam clarum, ut longum eſſet ejus verſus orationesq; connectere, quibus ſuo tempore tum inter poëtas quàm inter Rhetores emicuit, in eos diceretur Principes: *Aliud in Imperatore, aliud in Oratore vel poeta quæritur*. ſed potius iis artibus erudiātur, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur, *Liv. de Servio Tullio*. quæq; ad Remp & Regnum pertineant.

Sequantur inſuper gloriam, quam ſibi vindicavit *Appelles*, qui, cum *Protogenis* opus immenſi laboris, ſummæq; curæ admiraretur, dixit, omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illo etiam meliora: ſed uno ſe præſtare, quod manum ille de tabula tollere neſciret; qua ex

re oſtendit, nimiam diligentiam anxiamq; promovendi cupiditatem, non raró nocere. *Franc. Patrit. lib. 1. de Reg. inſtit.* & cum *Agricola in Tacit.* flagrantem animum ſtudio ſcientiæ coërceant, teneantq;, quòd eſt difficillimum, ex ſapiētia modum: quod fecerunt ſanè plurimi Magnatum, quorum aliquos recenſet. *Thom. Lanſ. in orat. pro Germa. 1. p. 33. & ſeqq. Chokier in Theſ. aphor. pol. d. c. 10.*

49. Dann weil Fürſtliche Perſonen weder dermaſſen / wie andere / mit den studiis anzuſtrengen / noch ſo lang wie andere / denſelben obligen / noch auff ein studium die gantze zeit jrer Studier-Jahr / geſchweig dann jhres Lebens / wenden können / ſondern in allerley Faculteten / Künſten / frembden Sprachen / Hoffſitten / Ritterſpielen / Reiten / Ringrennen / Thurniren / Fechten / Ringen / Springen / Jagen / Tantzen vnnd dergleichen / zum wenigſten zimlich wol geſchickt / geübt vnd erfahren / auch gemeiniglich vor angehenden Regier Jahren / löblicher Reichs vblicher gewonheit nach / in Frembde Land verreyſen / vnd vber diß alles gröſten theils in der beſten blüht jhres Alters / den Academiſchen vnnd Theoriſchen Studien das Valete geben / mit der bürde der Lands Fürſtlichen Regierung ſich beladen / vnnd dabey als die veri Philoſophi, auß Täglichen fürfallenden Regiergeſchäfften lehrnen müſſen / was die ſimulati, auß den Büchern herauß zuklauben pflegen. Magnif. & Ampliſſ. Dn.

Frid.

Frid. Horſleder. fautor meus ſummus in præfat. eruditiſſ. operis Von vrſachen deß Teutſchen Kriegs.

50. Quid ſi medium & modum tenere durum & arduum; *utrum magis optabimus, Principem aut Regentem in ſtudiis delicia͏ntem, quam omni literarum inſcitiâ laborantem?* Ego ſanè iſtum malim, dummodo non in ea incurrat quæ diximus *eâdem ſectione. num.* 17. *& ſeqq.* ſiquidem nunquam ſuo plane abs fructu evaneſcunt: Doctrina vel meliores reddit homines vel deteriores pro cujuſq; natura vel inclinatione: ſed tamen veriſimilius eſt, aliquem eâ fieri meliorem. Nam quo quiſq; magis, quid ſe deceat, intelligit, eò vehementius ipſum pudet neglecti officii: & etiamſi non omnino ſibi temperet à maleficio, tamen ne planè modum excedat, cavet. *Comin. lib.* 10. *hiſt. Gall & Gellius lib.*12. *N. A. c.*11. *ait*, Virum ſapientem non peccaturum eſſe, etiamſi peccaſſe eum dii atq; homines ignoraturi forent, idq; juſti & honeſti ſtudio & officio. Sic percontanti *Dionyſio*, quid eximium præ cæteris hominibus haberent literati, *reſpondit Ariſtippus*; ut ſi omnes etiam leges aboleantur, tamen æquabiliter victuri ſimus. *Eraſm.* 3. *apopht.* & volentes ea faciamus, quæ alii legum metu, *inquit Ariſt. in Laertio lib* 5 *de Vit. Philoſoph.* Mitte igitur & eruditum & indoctum ambos nudos ad homines ignotos, & videbis quâ re differant.

ferant. *Eraſm.* ſcil. quâ equi domiti ab indomitis. *Ariſtip. Vide Lorich. cap. 11. de eius tit. Princip.*

## SECTIO VI.

### DE ILLUSTRIUM ET NOBILIUM Præceptoribus.

1. INde cùm multorum ſtatus & vitæ conditio dicto ſit comparata modo, inq; eorum ſtudiis nil niſi modum moderati requirant, ego planè in hâc ſum ſententiâ, omnia aut certè pleraq;, quibus publica ſæpenumero res nititur, potentum animos quaſi dormiendo imbibere & inſurgere poſſe, quò multæ ſuperſedeatur labori, dummodo à prudentioribus regantur Præfectis, qui expiſcato Principis aut Comitis ingenio tempori conſulentes inter deambulationes vnter dem ſpacieren gehn. Gebhard in Fürſtl. Tiſchred. & ex eo Reiſenb. convivia & alios diſcurſus, plurimas doctrinæ plenas hiſtorias iteratim iis inculcare poterũt, nullamq; occaſionem præterire, ſed quamvis diſcendi commodam prudenter arripere, utilioríque doctrinâ commiſcere.

2. *Quantum* autem ſitum ſit, in quos quis incidat aut ſodales aut informatores vix eſt ut ſcribam: Dann wann Friderich Taubman hette ſollen

te ſollen gefragt werden / was einem jeden / der junge angehende Studenten auff die universal ſtudia, zu ſchicken gewillet iſt / zum erſten / zum andern / zum dritten zu bedencken bevor ſtehe/ würde er rund herauß ſagen / daß derſelb dahin ſolte bedacht ſein / wie er jhnen einen ehrliebenden Stubengenoſſen zuziehen könne. Juſtus Relfenberg in politiſcher beantwortung erſter frag *p.2. ex programate, quod autore Taubmanno Senatus Academicus Witteberg. die funerat. M. C.* von *M. Equitis Auſtrij ann.* 1608 *juventuti intimare & παρέσχετο voluit.* Ut enim aromata odorem ſemper aliquem adfricant tangenti, ſic boni & modeſti auram aliquam ſuæ virtutis. *Lipſ. vide Lorich. d. l. c.* 4.

3. Et primus diſcendi ardor eſt excellentia Magiſtri. *D. Ambroſ. lib. de Virg. id quod non ratio modo dictat, ſed & uſus ſuadet;* nam ita nati ſunt illuſtres, ut bona malaq; eorum ad Rempub. pertineant. *Tacit. 4. annal. & Eraſmus* potiſſimam rerum publicarum ſalutem, aut etiam peſtem à Principe rectè aut ſecus inſtituto pendere autumat, & recte quidem veterum elogiis atteſtantibus, quibus Principes juventutis gaudia, deliciæ, ſpes voluptates & corcula Patriæ dicebantur: unde *Divus Plato*, hominem recte inſtitutum in divinum quoddam animal evadere, contrà, perperam educatum in immaniſſimam quandam

degenerare beluam, ſenſit, Lycurgi monſtrationem duorum canum, quorum alter in leporem, alter in ollam magno erupit impetu, explicans.

4. Dannenhero ſchließlich / das ein Præceptor oder Hoffmeiſter / welchem das Heyl eines gantzen Lands / (cui ſuas fortunas in gremium dedit Reſpub.) nemlich ein Junger Herr / denſelben recht zu inſtituirn / vertrawet wird / kein kleine Sorg auff ſich geladen: ſondern das gröſſeſte vnd ſorglichſte geſchäfft auff ſich genommen / *Lorich c. 1. edit. germ. c. 1. ex Eraſmi libello de Princip. Inſtit.* eos namq; ſi male inſtituunt & erudiunt, non ſolum liberis, verùm etiam Reip. injuriam faciunt. *Cic. act. 5. in Verrem.*

5. Hoc cum ita ſit, eo diligentius in vitam & mores Præceptorum inquirant Illuſtres, tam autem hæc inquiſitio neceſſaria, ut exinde vel emolumentum vel periculum & diſpendium ſperandum: cui enim primitus concreduntur filii Præfecto, ejus ſequuntur naturam, vitam, mores & actiones, ob innatam hominibus imitandi naturam. *Iul. Bell. in Hermet. pol. p.* 171. & ſi ullibi verum Philoſophorum axioma, quod ſimili ſimile procreetur, certè hoc paſſu mentiri non poteſt, ita ut difficilius ſit errare naturam, quàm Præceptorem ſui diſſimilem formare diſcipulum. *Vide Aur. Bull. Carol IV. c. 30. & ibi Arum.* Antequam autem verum deſcribamus Informatorem triplicis generis homines exeſſe jubemus.

6. Et I. quidem *pravos & maculoſos*; ut enim quædam in contactos corpore vitia tranſiliũt, ita animus mala ſua proximis tradit, Ebrioſus convictores in amorem vini trahit. Impudicorum cætus, fortemque & ſi liceat virum emollit. Avaritia in proximos vitium ſuum transfert, *Senec. lib. 3. de irâ.* Hinc *Ariſtot.* rogatus à quodam, quibus rationibus efficere poſſet, ut equum haberet eximium: Si inter generoſos inquit, equos educetur. *Eraſm. de puer inſtit.* Quippe non tam valetudini prodeſt utilis regio & ſalubrius cœlum, quàm animis parum firmis in turba meliorum verſari. Etenim ut infectus aër corpora corrumpit, ita bonos mores colloquia prava. Modicumq; fermentum, totam maſſam corrumpit: & ſi juxta claudum habites, ſubclaudicare diſces; *Vide Mar. Spelt. in lib. 2. c. 4. ſapient. ſtult. p. 44. Menander in Sent. p. 351.* ut veriſſimum illud: Σοφοὶ τύραννοι, τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, ſapientes Tyranni ſapientum congreſſu: Eſt enim maxima vitiorum contagio; unde nulla res diſcipulo tam pernicioſa, quam vita Magiſtri contumelioſa. *Bart. de diſcipl. Schol.* quam ſententiolam *Matth. Zuberus* hoc incluſit diſtycho:

*Non eſt diſcipuli res pernicioſior ulla,*
*Quam Præceptoris perpera vita ſui.*

Hujus rei exempla infinita nobis præter hiſtorias antiquas monſtrat moderna experientia, quæ ut omnimodo corrigatur optandum potius



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/89 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

quàm ſperandum, idq; varias ob rationes: At *Mundus vult decipi.*

7. II. *Ineptos, rudes & inidoneos Magiſtellos*: Daher Johann. Gebhard in Fürſtlichen Tiſchreden. *lib.* 2. *c.* 23. *p.* 108. vnd mit dem droben angezogene Reifenb. *p.* 320. offtermals in ſeinem ſinn mit etlichen vornemen Fürſten nicht wol zu frieden geweſen / daß ſie jhre Kinder ſchlimmen pædanten vnnd Schulhaſen / welche auſſerhalb der ſchulfüchſerey an Sitten / geberden vnd allem jhrem thun vnd laſſen die gröbſten bengel ſeind / vertrawet haben / ſo es darvor halten / das / wann jhre diſcipel in 7. oder 8. Jahren die Lateiniſch vnd Griechiſch Grammatic perfecte & ad unguem, an einem ſchnürle mit allen regeln vnnd anomalis figuris von wort zu wort daher ſprechen vnd plaudern können / auch etwas auß dem Cicerone vnd Virgilio, denen zwen Schulhelden / zu ſagen wiſſen / daß ſie es gewaltig wol getroffen haben / als wann eben Lateiniſch reden / das fürnembſte an einem Fürſten were / ſo gleichwol fürwar ein groſſe Zierd.

8. Vnd das ſind die Haußkatzen / vnd Hummeln / Spießträger Bierenbrater vnd ſtubenfeiſter von denen *Martius Spelta* ein ſonder Capitel ſchreibet. *lib* 2. *c.* 4. der Klugen warheit. Die ſich vor Correctores auffwerffen vnd ſind corruptores, auch meiſten theils gänß ſind vnnd wollen doch mit ſchwanen lauffen / die zu zeiten jhren diſcipeln Flädlein oder Paſtetlein kauffen / miteinan-

der in

der in proquellis lebend/ vnnd laſſen Gott einen guten Man ſein / tragen den Mågden das Holtz vnd Waſſer in die Kůchen / vnd ſein das factotum im Hauß / thun allerhand poſſel Arbeit / vnd damit ſie die Kůchen nicht verlieren / laſſen ſie ſieben Wochen für einen Monat dahin rauſchen.

9. Von ſolchen Product ſtreichern ſchreibet auch *Thom. GarZon in Piazza univerſ.* oder ſchawſpiel aller Kůnſt. *diſcurſ. 4. p. 67. & ſeqq.* Da er theils jhre frucht erzehlet. Als von einem Stockfiſch / zu Bologna geſchehen / welcher hat wollen ein newe Zeitung ſchreiben: als daß in dem Vatterland viel Banditen weren / vnnd derohalben zubefőrchten / ſie mőchten eines tags dem Gubernatori ſelbiger Statt ein håßlich Pancket ſchencken. Ich averire / daß durch die copiam dieſer exulum vnſer Antiſtes, wol mőchte necirt werden. Ein anderer ſchreibe einen brieff gen Padua, welcher auff den Weinmarckt in die Apoteck zum Mond ſolte geliffert werden: ſtellete derhalben ſeine vberſchrifft auff gut Pedant Cantzeleyiſch alſo: Zu der Antenoriſchen Statt / auff dem Bacchus Marckt / in dem Aromatario der dreyfőrmigen Gőttin. Der dritte fragte einen Bauren nach dem Wege auff Rom zu / mit dieſen worten / mein elegans viator welches iſt germana via naher civitatem Romuli zu kommen.

Dieſem

10. Dieſen allen pflegt es gemeiniglich zu ergehen / vnd zwar recht / wie jenem pædagogo, der nach Rapian kommen / der meinung etlich ſeiner Alten diſcipeln zu beſuchen / ſo daſelbſten den ſtudiis oblagen / vnd iſt der gäntzlichen confidentz vnd hoffnung geweſen / weil ſie vor jahren vnter ſeiner diſciplin / vnd nun von jhm kommen waren / er auch jhrenthalben viel labores gehabt / vnd außgeſtanden habe / ſie werden jm groſſcordeſen vnd freundſchafft erweiſen / vnd daß Ben'venuto gegen jhm ſprechen. Nun was geſchicht: der vnwerth gaſt hat wollen einen derſelben emendiren: dann er hatte geſagt: Domini Scholares, warnet jhn / er ſolte fürterhin ſolches vocabulum nicht mehr gebrauchen: fürgebend / es ſeye Barbariſch gered: Hierauff hat jhm alſo bald der diſcipel zur antwort geben: nein freylich nit / es iſt nicht Barbariſch / ſondern Africaniſch / Letztlich nach dem ſie lang certiren vnnd ſich zerzancken / ob es Barbariſch oder Africaniſch iſt / haben ſie die diſcipel eins gethan / vnd den miſerum hoſpitem genommen / herüber gebückt / vnd mit der Beutſchen dapffer vber das Geſäß gefahren Vnnd einer derſelben / ſo die Hertzſtöß vnnd Püff gethan / hat jedwedern ſtreich geſagt: iſt es Barbariſch oder Africaniſch? vnd als er mit der Sprach nicht herauß gewolt / ſo hat er ſo lang zugeſchmiſſen / vnnd jhn herüber gebuckt gehalten / biß er ja oder Nein hat wollen ſagen. Aber ehe er auß Scham hat wollen Africaniſch ſagen / ehe hat er jhm mehr dann vber die

hundert ſtreich geben laſſen. Jch halte / es ſolte jhm ein confortiv / auff diſes ſchwitzbad wol gethan haben. Aber ich mein daß heißt ankommen / eben wie ein Saw in eines Juden hauß.

11. Als nun der Arme geſell die Vndanckbarkeit ſeiner diſcipel geſehen / die ſie jhm bewieſen haben / iſt er ſo Zornig worden / daß er alle lectiones, ſo er jhnen vorhin auffgeben / explicirt vnd erklärt hatte / verflucht hat: vnd alles andere mit einander / ſo viel Verß er jhnen hatte exponirt: ſo viel examina er mit jhnen hatte gehalten / ſo viel Fabeln er jhnen hatte erzählt: ſo viel declamationes hat er gehalten / ſo viel Hiſtorien vnd Geſchichten er jhnen hatte geſagt: ſo viel exempla er jhnen hatte gewiſen: ſo viel Epiſteln er jhnen hatte gegeben / ſo viel themata er jnen hatte proponirt: ſo viel cujus er ſie hatte gefragt: ſo viel præcepten er jhnen hatte gewiſen: ſo viel Documenten vnd Lehren er jhnen hatte gegeben / ſo viel Figuren er ſie hatte gelehret: ſo viel Reguln auß der Grammatic vnnd dem Syntax er ſie hatte vberhorchet: ſo viel Bücher / ſo viel Comœdien / ſo viel Decades, ſo viel Satyras, ſo viel Elogas, ſo viel vitas; vnd endlich / ſo viel Authores er jhnen hatte geleſen: auch ſo viel ſtreich / ſo viel Baſtonaten / ſo viel Jeſſen / ſo viel Butſchen / Stäbe vnd ſtecken / ſo viel ſchlappen / Ohrkappen / ſo viel ohrtuſſeln / ſo viel Ruthen / ſo viel Katzentäplein / ſo viel Maultäschen / ſo viel Haarröpff / ſo viel Auffblaſen / ſo viel ſtehens ad fornacem, ſine ponere auff einem Fuß / ich da ſtehen muß /

muß/dieſes vnd Summariſcher weiſe/ alles andere/ ſo er ihrenthalben gethan hatte/ execratus eſt. Aber heut zu tag will man ſolche Narren haben. *Hac Spelta d. loco.*

12. Andere ſind/ welche ſonder ſpendiren/ rechnung ſchmiden vnd darinn modicum addiren ſehr wenig vergeſſen haben. *Atqui & his luditur orbis.*

13. III. *Et nimium ſapidos hîc arcemus*, ſo nichts/ als was auff dem Knopff deß Münſterthurns oben geſchrieben/ was der Reichs-Adler vnter ſeinen flüglen verborgen/ was in dem Keyſerlichen Reichs Apffel auffgehalten/ oder die Stein in der Kron vor wirckung haben/ reden vnd diſcurriren; ita ut obtruſione graviſſimorum à magis neceſſariis, propriæq; ditioni inſervientibus impediantur juniores, & altiſſimorum notitiam ſomniantes, in ſua non inquirant; Certe cæca & prope amens eſt illa eruditio, quæ res, propinquiores, & quæ ſunt ante pedes, etſi ſint magis neceſſariæ, tam neq; videt neq; videre vult, quam remotas & ſummas otioſe perveſtigat *Franc. Bald. lib. 1 de inſtit. hiſt. univ. in pen. art. hiſt. p. m.* 622 Cavendum itaque in primis eſt, ne juvenes ſtudia quæ amare non dum poſſunt, oderint. *Fab. lib.* 1. Weiln die Augen der Jugend/ die Sonnen vnnd Majeſtetiſchen ſtralen noch nicht ertragen können. Adhibe de his Doctor Murnern in ſeiner ſchelmenzunfft. *tit.* der redt von Reichsſtätten.

14. *Inqui-*

14. *Inquirendi* ergò filiis Præceptores, quorum vita nullis obnoxiæ criminibus, irreprehenſi mores & optimum experimentum, *Plut. de lib. educ.* Verum quia raræ aves in terris, vnnd ſolche ſchwer zu bekommen / ſollen Fürſten vnnd Herrn / damit ſie ſie nur bekommen / keine mühe noch groſſen Koſten ſparen / auch kein gebrotete Diener / dem man etwas auff ein ſcheitl gibt / auß jhnen machen / ſonſt kan man ſie bald / als wie die Bienen mit einem Rauch / vertreiben / omnis namq; dignitas utilitate elevatur. *Bodin. lib. 6. de Rep. c. 4.*

15 *Modum in inſtitutione* obſervandum graviter deſcribit Joh. Werner in Fürſtl. Tiſchred. *d. c. 23 per tot. tit. & Iuſtus* Reiſenb. in der dritten fragantwort / was eines JungenHerrn rechtſchaffenem Præceptori zu thun ſich eigene vnd gebüre. *per tot. Vir. Magnif. & Ampl. Dom. Frid.* Hortleder fautor meus ętatem ſuſpiciendus, in *præf.* von vrſachen deß Teutſchen Kriegs. *Lorich. c. 1.* & alii hoc potiſſimum inculcantes, daß ſie nicht wie Schnarcher vnnd Polderer jhre Herren als Sclaven / denen alle zuleſſige Freude benommen / halten ſollen: damit ſie nicht / wann ſie jhren Præceptoren oder Hoffmeiſter / (abuti videmur hodie, hâc voculâ cùm duo aut tres vix collegium ſecundum Ictos ne dum aulam conſtituent) anſehen / zittern / als wie die Vbelthäter / ſo den Hencker ſehen / dann durch ſolche Mittel werden nicht liberalia ſondern ſervilia ingenia vervrſacht.

16. Hæc quoniam eleganter compendi fẽciſſe videtur *Chockier cit. c.* 10. *lib.* 1. *aphor. pol.* integrum huc inferre locum placuit, quo in ſe omnes, qui ejuſmodi provincias affectant tanquam in ſpeculo perſpicere poſſunt. Sint Præceptores moribus optimis artibusq; exculti, qui tenerum principis animum ad eruditionem, & virtutes principe, & Imperio dignas informent. Non enim recte fingitur princeps (ut recte monuit auctor Paræmiarum) niſi cum nondum intelligit ſe Principem. Statim inquam adſciſcendus formatur: in quo deligendo conveniet, & hoc eſſe diligentiores, quod Principem deligere, plerumque non licet, inſtituere licet: Hic mihi pectuſculum adhuc vacuum, ac ſequax, inſtillet opiniones Principe dignas: muniat optimis de honeſto decretis: oſtendat diſcrimen veri Principis, ac Tyranni; ſubjiciat oculis quam DEO propinquâ res eſt ſalutaris Rex: quam terra bellua, quamque abominanda Tyrannus. Admoneat eum, qui ſibi gerit imperium, Reipub. prædonem eſſe, non principem. Nihil intereſſe inter Piradas, & Principes piratarum animo præditos: niſi quod hi quo ſunt potentiores, hoc majorem afferunt pernitiem rebus humanis. Inculcet, quam multis hominum millibus, immo quam univerſo mundo prodeſſe queat, ſi is unum ſapientem, ac bonum præſtiterit virum. Doceat

apud

apud Chriſtianos homines Imperium nihil aliud eſſe, quam Reipubl. adminiſtrationem, non dominium. Imperium quidem appellari, ſed meminerit ſe imperaturum, & liberis, & chriſtianis, hoc eſt, bis liberis, ad hoc, ut Princeps ſit aliquis, non ſatis eſſe natum fuiſſe, non ſatis eſſe vetuſtas imagines, non ſceptrum, non diadema. Animus ſapientia præcellens, animus pro publica incolumitate ſemper ſollicitus, & nihil ſpectans, niſi commune bonum, Principem facit. Præmoneat ne ſeſe vel applauſibus ſtultæ plebeculæ, vel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulſu odii, amoris, iræ, aut ullius affectus inſtinctu. In creandis magiſtratibus, in condendis legibus, in cæteris muniis, unicum ſpectet ſcopum, nempe honeſtum, & publicam utilitatem. Non ſatis eſſe, ſi ipſe nemini faciat injuriam. Officialium quoque ſuorum integritatem præſtandam eſſe Principi. Non eſſe ſitam in hoc Principis laudem, ſi ditionis terminos proferat, ſi finitimos ſubmoveat armis, verum ſi quam forte nactus eſt ditionem, juſtitia, frugalitate, cæterisq; pacis artibus efficiat florentiorem. Doceat, ut ad bene merendum de bonis ſit propenſiſſimus, ad ignoſcendum facilis; ad puniendum non aliter accedat, quam amicus medicus membrum deploratum amputaturus,

aut

aut inuſturus; aut omnia ſtudioſe vitet, unde proſpiciat Reipubl. magnum malum fore. Super omnia vero, bellum modis omnibus declinet: quod aliis de rebus alia atque alia mala naſcuntur, ac bellum malorum omnium agmen, ſemel effundit. Hæc atque ejuſmodi decreta ſunt animo puerili ſapientum apophthegmatis, & laudatorum Principum exemplis inſigenda, & inculcanda. Verum, quod non in poſtremis dicendum fuit, etiam atque etiam animadvertet (in quo cæcutiverunt Præceptores illi Alexandri, & aliorum jam ante commemoratorum) quibus potiſſimum affectib. tener ille Principis animus moveatur, num iracundia, libidine, ambitione, cupiditate, metu; quod exerant ſeſe illa ætate, affectus; qui plerunque maturiore occultantur. Proinde, ſi fervida, & elata mente ſit, reprimendus; ſi ſegni, & remiſſa, excitandus; ſi voluptatibus deditus, ad honeſti virtutisque normam revocandus: quod fiet, ut aptam, & congruentem inſtitutionem ingenio accommodans, Principem habiturus ſit tanto ſapientiorem, quando cæteris, opibus, potentia, dignitate, præſtat, & antecellit. Hactenus *Chokier*.

17. *Sed diu ſatis in vaſto mari, ad portum*: cumque *Seneca* veriverbio hîc concludo, Principis aut Nobilis Inſtitutor eruditione ſana & morum jucunditate præcellens noſcat,

noſcat, objurgare citra contumeliam, & laudare citra adulationem, quem ille ſimul & revereatur ob vitæ ſeveritatem, & amet, ob morum jucunditatem.

18 *Præterea* monendi ſumus hæc exercitia & ſtudia parerga, de quibus nobis ſermo, non à quovis ſtudioſorum vel ſolis ſtudioſis, aut omnia aut quædam, ſed tantum ab his, qui per fortunam poſſunt, & corporis & animi ratione eorum capaces ſunt, eſſe tractanda. Ubi tamen & hæc occurrit cautela, Tyrones privatim exerceri præſtare, ne ludibrio & pudore ſuffundantur, reliquos lucem jam afferre poſſe. *Vide Caſtil. lib. 2. de aulic. p. 102. & ſeqq. edit. recent.*

## SECTIO VII.

## DE FINE ET UTILITATE.

PErſonis ſuccedit V. Finis Et Utilitas, quam *Plato 7. de Repub. & in Theadeto* brevibus depingit inquiens: Exercitationes ſunt plurimarum feraces utilitatum: Conferunt bonam valetudinem & colorem vividum ac floridum, incrementũ juvant & membra dilatant, robur augent, laboris patientiam firmant, celeritatem exhibent, & deniq; morum externorum elegantiam largiuntur. Aſt conſiderandum nullum ferme eſſe omnium exercitiorum, quo de non multifariam Academicorum

micorum actionibus, ita ut unius rei plures poſſint eſſe fines, iique boni, ex moderatione agentis virtute deſumpti: Verum doctrinæ & brevitatis ſtudio laborantes, ſingula θετικῶς tractare ſtudebimus præcipuumq; & primarium finem cuiq; adjungere conabimur.

PARTI-

# PARTITIONIS SECVNDÆ, quâ PROPONVNTVR EXERCItia Animi.

## Numerus. I.

PRæmiſſis his præmittendis, rectâ ad Specialium exercitiorum tractationem progredimur: Quæ commodè dividuntur in ANIMI & CORPORIS, vel uti explicat *Sturm. d. l.* in ludi, & doctrinæ, in jocoſæ & ſeriæ voluptatis; utraq; tamen utilis ſanè voluptas, quam à pueritiæ & adoleſcentiæ diſciplinâ nunquam abeſſe volumus.

2. Quæ ſingula Academicorum ſtudia rithmis ſeqq. incluſit Der jungen Frösch vorſinger vnd Calmäuſer im alten Mäſchenwick prout ſeipſum vocat in ſubſcriptione dedicatoriæ, Author deß Froſchmeuslers *cap.2.part.2.lib.2.*

Jch hab gelernt in frembdem Land/
Wie man Gott vnd ſein willen kandt/
Wie man genieſſe ſeiner Gnad/
Was gut vnd böſen außgang hat
Darnach lernt ich viel frembde Sprachen/
Die man bedarff zu allen Sachen/
Hebreiſch/Griechiſch vnd Latein/
Teutſch/Sclavoniſch/vnd all die ſein/

Von dieſen Hauptſprachen entſproſſen/
Vnd in der Wurtz zuſamen ſtoſſen.
Zu dem lernt ich Tugend vnd Recht
Wie man das in der Welt auffbrecht/
Welche Völcker darüber hielten
Vnd welch jhren Muthwillen ſpielten.
Endlich lernt ich die Natur kennen/
All Sternē/Bäum/Kräuter vñ Thier neñen.
Alles Außrechnen/Meſſen/Gieſſen/
Singen/ ſpringen/ Fechten vnd Schieſſen/
Vnd was ein gut Gſell wiſſen ſoll
Das hab ich glernt vnd kan es wol.

3. Et licet in animi exercitiis quibuſdam, manuum quoq; uſus ſit neceſſarius, præcipuè tamen animus in iis operatur & ſuperat: 1. MUSICA. 2. ARS PINGENDI, 3. LINGUARUM EXOTICARUM COGNITIO. 4. CONSUETUDO ET CONVERSATIO CUM BONIS & PRUDENTIORIBUS, QUIBUS ADIUNGITUR ETIAM PEREGRINATIO.

## SECTIO I.

## DE MUSICA.

1. INter animi exercitia, quod ſtudioſorum vitæ magis convenit, quam Muſicum certè nullum eſt. Primum itaq; jure ſibi vendicat locum, cùm quòd labores perpetuos & cō catenatos, nec interpoſitâ quiete, vel recreationis honeſtæ fomento levatos perferre, naturæ noſtræ

noſtræ imbecillitas haud ſinat: tũ quod in omni genere recreationum, à Muſica ſi receſſerimus, nullum ſit vel liberalius, vel amœnius, nemoq; non videat, huius artis divinæ fructum iiſdem, quibus humana vita concluditur, terminis, limitibusq; circumſcriptum eſſe. *Dn. Elias Mertelius in epiſt. dedicat. Hortulo Muſicali teſtud. præfixa in pr. Adde Lipſ. epiſt.* 88. Hic inter ſe acutæ & graves voces conſonant, nervorumque diſparem reddentium ſonum fit concordia.

2. Hinc in genere dicitur, Scientia divina, Qua Omnia Mundana Inviolato Vinculo Connectuntur, et Qua In Re Unaquaque Par Æquali Proportione Pari Refertur. *Robert. de Flud. aliâs de Fluctibus tom. 1. tract. 2. lib. 1. p. 164. in hiſt. Macrocoſmi.*

3. Nec immeritò divina, quaſi ſuam originem ducens à natura cœleſti. *Heinr. Salmuth. in Not. ad deperdit. Guid. Pancir. pag.* 250 quod teſtantur & aviculæ, quarum cantu perſtrepunt omnia: & pecudum greges, quæ fiſtulis mulcentur: & jumenta quæ tintinnabulorũ ſonitu gaudẽt: & equorũ tremor ad clangorẽ tubæ; & infantes, quæ nutricũ cantiunculis ſopiuntur & placantur, & opifices, agricolæ, aurigæ, muliones, foſſores, remiges modulationib ſuos labores ſolantur. Quin & cœlo cujus orbes varii perpetuo motu feruntur, concentũ, *Pythagoras, Architas, Plato* & alii Philoſophi tribuerunt.

4. Authores primos habuit *Tubal ſeu Iubal*, *Pythagoram*, poſt illum *Boetium*, deinde *Monachum* cui ſucceſſiſſe *Franconem* ſcribit *Flud*. *d. l. vide etiam Polyd. Virgil. lib.* 1. *de rerum invent. lib.* 1. *cap.* 14. *&* 15. Notulas autem invenit *Guido Arezzanus* prout teſtatur *Thom Garzon. in piazza univerſ.* oder Schawſpiel aller Künſt *diſcurſ.* 42. *p.* 342 ubi & aliorum de Muſicæ inventione ſententias recenſet. Alium notularum inventorem ponit *Salmuth. d. l. p.* 249. ſcil. hymnum Divo Ioanni Sacrum.

*VT queant laxis REſonare fibris*
*MIra geſtorum FAmuli tuorum*
*SOLve polluti LAbij relatum*
*Sancte Ioannes.*

5. Diſtinctius procedendo, MUSICA EST VEL THEORICA VEL PRACTICA, EAQUE VEL VOCALIS VEL INSTRUMENTALIS. *Bodin. lib.* 4. *de Rep. c.* 2. *n* 412. dicit: *Galli* maximas ſuaviſſimè canendi laudes, omnium finitimorum judicio aſſecuti ſunt: imò etiamnum ruſtici ſummopere hoc delectantur in Gallia: aliiq; mirum in modum excellunt. De *Germanis Felix Faber in Hiſt. Suevor. lib.* 1. Induſtrioſiſſimi & optimi in omni genere Muſicorum jam ſunt in Teutonia multiplicati, adeò ut plurimis regionibus ſpectacula jucunda præbeant. Hic verum dixerit, ſi de inventione loquatur. *Italorum & Anglorum* induſtriam opera teſtantur.

*Theo-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/104 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

6. *Theorica* ad ſtudioſos aliquos pertinet, non tamen ut exercitium ſeu parergon, ſed ut ſtudium & ἔργον: Cujus præclari excultores fuerunt noſtro ſeculo, inprimis *Celſiſs. Haſsiæ Princeps Mauritius, Orlandus, Marentius, Mich. Prætorius, Calviſius Walliſerus, Adamus Gumpelshaimerus, Demantius Claudius Merula, de Corregio, Gio Gabrieli, Chriſtianus Erpach, Gregorius Æichinger, Ioh. Leo & Iacob. Hasleri*, & alii, ſuperiori ævo, quos vide apud *Thom. Garzon. d. l.*

7. De Vocali quæritur: *An ſtudioſo conveniens?* Et licet humana vox omnibus aliis vocibus, ſive ſonis potius excellat, non modò quia naturalis eſt, reliquæ omnes artificiales, verum etiam quia mentis humanæ, conceptuū Harmonicorum nuncia eſt & index certiſſima. *Mertel. d. l.* Nihilominus tamen inter Academicos, *ut ſupra partit.* 1. *ſect* 4. ſecernendum puto, ſiquidem ſecundum *Ariſtot.* monitum, juniorum eſt, & diſcere Muſicam, & ſimul canere: illorum autem, qui provectioris ſunt ætatis, abſtinere ab opere, ſed de illo rectè judicare & voluptatem ex harmoniis & numeris capere: quamvis olim Muſices opera viris quoq; & ſenibus vitio dari non ſoleret.

4. Artificialis seu Instrumentalis Musica, de quâ eleganter *Garzon. d. l. p.* 344. fit vel Chordis, ut Pulsatione: Vel Fistulis ut inflatione.

Inter ſanè multifaria organa *teſtudini* Principatum tribuo & rectè credo, non ideo tantum, quia & portatili formâ commodior eſt, & corporis parum deco â contentione non habet opus: ſed vel præcipuè, quia tactis artifice manu fidibus ejus neſcio quomodo concentus illa ſuavitas altius, quàm ullo alio inſtrumento deſcendit in pectus ſeſeq; penitius inſinuat ac medullam tentat intimam. *Dn Mertel, citato ſupra loco.*

9. Quod etiam innuere videtur metamorphoſis illa, quâ *Vlyßis* teſtudinarius in luſciniam ſuaviſſimè omnium avium canentem commutatus eſt: de quâ Auth. deß Froſchmeuslers. Celeberrimi teſtudinarii ſunt & fuerunt. In Gallia olim *Iacob de Reys Auguſtanus*, Polonois dictus, eo quod Henricus III. eum ex Polonia deduxerit: *Perichon Bocquet*. Hodiè *Gaultier, Meſangeau, Bellard, Conard, Mercure.* In Italia *Lorenzino. Gio Antonio Terzi da Bergamo. Simone Molinaro, Hieronimo.* In German. *Michelagnolo Galilei Nobile Florentino. Monachij Gregorius Wolffenb. Valentinus Strobel. Elias Mertelius. Valentin. Lang. Tobias Kun. Iohan. Rudenius. Mattheus Reyman.* In Angl. *Iohan. Douland. Daniel Bacheler.* In Polon. *Diomedes.* In Belgio. *Emanuel Hadrianus. Adrianus Dens Ioachim Van den Houe.*

10. Taceo, quòd in aulis PP. & Magnatum omnibus aliis inſtrumentis anteponatur, ſcil. *Inſtrumento Organico, chelydi minori & majori; man-*

*ri: mandora Gallorum, Pandora Anglorum, Teorbæ & Chitarræ Italorum, Harpſa, Violæ di gamba, paſtard. Cythara, Pandura, Lyra, Sambuca &c.* de quibus omnibus vide *Syntagma muſicum Michaelis Pratorij nuper editum.*

11. Hinc, *An Principem Muſica deceat?* à multis quæritur. *Keckerm.* reſpondet *in ſyſtem. pol. lib. 1. cap. 3. p. 97.* Muſicâ quidem jucundâ Principem ſe oblectare, ſed alienâ magis, quàm ſuâ voce: neque ex decoro eſſe Principem fidibus ludere. Quod *Keckermanno* certo reſpectu concedere poſſemus, omni vero negamus. Nam ſi Princeps privatim & ſolus animi relaxandi gratia, vel piè canit, vel ſonoro alio ludit inſtrumento, non video, quo improbetur jure, dummodo hiſce non totum ſe dedat, quo à gravioribus abduci poſſit, nec artificem ſeu choralem ſed Principem agere laboret.

12. Quod *Philippo Macedoni* vituperio ceſſit, cui Muſicus quidam, contra quem de ſua arte diſputando, Rex pugnare volebat, reſpondit: Dii hoc prohibeant, ut hac de re melius tu, quã ego judicare queam, *Plut. in apopht.* Simili mode & ridetur *Nero* qui ad inſaniam uſq; fidibus oblectatus, non ſine Majeſtatis Imperatoriæ dedecore publicis in theatris Muſicâ decertavit; Unde & nummos lyræ notâ percuſſit, & ſtatuas ſibi cytharedico habitu poſuit. *Suet. Pier. lib. 47. hieroglyph.*

13. Econtra vero de *Alexandro Severo* laudatiſſimo Imperatore memorant, quod nobiliter cantaverit, ſed nunquam alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus; ut & de *Tito Imp. Sueton: in eius vita. c.3. & Adriano* de quo *Aurel Vict. & Alexand Severus apud Lamprid.* Vide hac de re *Franc. Patrit. de Regn. & Regis instit. lib.2. tit. 15. Caſtellan. de offic. Regis lib.1. c.24. usq; ad 27. Heresbach. c.13. Schonb. lib.2. pol. c.28. Foxium de Regni & Regis inſtitut. p.19.* qui adjunctus eſt ſuppreſſo nomine (fraude forſan typographi, quæ hodie excreſcit) *diſſertat. pol. in Tacit. ſup. Amirati.*

14. Interim amor & affectus erga Muſicam in Magiſtratibus etiam quibusvis ſummopere laudatur nemoq; eſt, qui non videat cum admiratione in Illuſtriſſ. & Excelſiſſ. Dn. *Ioh. Frider. Ducis Würtember. & Illuſt. Comitis Schaumburg.* aliorumq; aulâ velut in agro fertiliſſimo, Muſicorum Principes ſuccreſcere.

15. Inſuper ſicuti Principi interdum inconveniens judicatur Muſica: ita etiam cuilibet ſtudioſo, ſi ſcil. nimius in hac exercendâ inveniatur (quod fit, quando ea, quæ ad artificium certamina pertinent, & quælibet περιττώματα & ſuperflua ſcrupuloſè noſſe quis ſatagit) nec modum & tempus obſervet & lucri causâ eam adhibeat, *vide Caſtilion. de aulico lib.2. p.115.* Quemadmodum enim aſſidua corporis exercitatio hominem hebetiorem ingenio & languidiorem

diorem corpore efficit: ſic continuata Muſica animum effœminat, viresq́; corporis enervat: interpolata verò animum alacriorẽ promptioremq́ præſtat, corpus firmat, faſtidium actionum & cogitationum tollit, & ad movendos leniendosq́; animi affectus plurimum valet. *Patrit. d. t. 15.*

16. Item ſi non probe diſtinguatur inter inſtrumenta Muſicalia. *Secunda enim ſpecies* Muſicæ artificialis, quæ conſiſtit *in inflatione*, videtur indigna homine libero, & maximè quidẽ tibiæ & tubæ improbãtur, cùm & os diſtorqueãt vultum deturpent, uſum ſermonis ſodaliumq; colloquia impediant, & inſuper rationi & intelligentiæ non parum officere putentur: Nam quantum ſpiritus, tantum mentis.

*Dŷ tibicinibus mentem nullam tribuere*
*Nam ſimul ut flârint, avolat illico mens.*

Imò pulmones diſtendunt, anhelitum difficilem efficiunt, talem generant corpus defatigant, ſpiritus vitales abſumunt &c. plura Phyſici. Eum in ſenſum *Alcibiades* apud *Plutarch.* inquit: Canant *Thebanorum* liberi, qui loqui neſciunt; nobis *Athenienſibus* Dii ſunt, *Pallas*, quæ fiſtulam fregit, & *Apollo*, qui tibicinem excoriavit. Hinc rectè *Poëtæ* finxerunt *Minervam* tibiis canentem, eas propter oris deformitatem abjeciſſe. *Ariſt. 8. pol. 6.*

17. Hic tamen præterire non poſſum, quin excipiam, uſum earum in bellicis & aulicis ne-

gotiis eſſe longè maximum, qui veteribus quoque non fuit incognitus. Romani enim ad incitamentum fortitudinis & Conſtantiæ militis que animandi gratiâ adhibuerunt tubas & cornua; *Spartani* tibias, *Cretenſes* cytharas, *Achilles* Lyram, *Alex. ab Alex. l.* 14. *c.* 2. *Plut. in Lycurg. Gell. lib.* 1. *noct. attic. Salmuth. d. l. p.* 257. *De Miſeno Vergil.* 6. *Æneid.*

*——— Quo non præſtantior alter*
*Ære ciere viros Martemq; accendere cantu.*

*Timotheus Mileſius* cùm ad *Alexandri* menſam caneret modum Orthium, Rex inſtar furioſi proſiliens arma rapuit, avidus congreſſus & pugnæ; Cantu vero remittente paulatim & regis furor remiſit. *Dion. orat.* 1. *Sen. lib.* 2. *de ira c.* 2. Idem ferè de *Cytharedo* quodam apud *Ericum Daniæ Regem* memorat, *Saxo Grammaticus lib.* 12. & *Olaus Magnus lib.* 15. *cap.* 28. Nec non in eundem finem & hodie utimur fiſtulis & tympanis: taceo inſervire quoque ejuſmodi in templis Organo. Plura de laudibus tibiarum habet. *Athen. lib.* 14. *c.* 5.

18. Vidimus Muſicam ejuſq; ſpecies, quæ quibus & quomodo conveniant, ut verò dilucidius perſpicere poſſimus, placet finem & utilitatem ejus determinare per hanc queſtionem, *An Muſica ſit inventa voluptatis gratia: an vero in numero ſit diſciplinarum utilium?* Multi quidem ſunt qui putant, ab omni cantu levitatem & effœminationem animorum proficiſci,

quos refutat *Goclen. in quæſt. an principi ſit philoſoph. annexa problem. grammat. p. 289.* Verum dubium non eſt, quin & voluptati & utilitati ancilletur pro diverſitate agentis. *Vide Ariſtot. 8. pol. 3. & in eum Caſum c. 5. Camer. cent. 1. hor. ſucciſ. cap. 18. & cent. 2. cap. 81. Petrach. dialog. 23. Polyb. lib. 4. hiſtor. Sen. epiſt. 88. Macrob. in ſomn. Scipi. lib. 2. cap 1. 2. 3 4. Guid. Pancirol. in deperdit. rer. memorat. & in eum Salm. p. 249. & ſeqq.*

19. Sunt itaq; utilitates & commoda è Muſicâ divinâ illâ ſcientiâ perfluentia, de quibus vide *Bodin. num. 519. & 632. 33. & Rollenhag. Embl. 53.*

*Muſica ſerva Dei nobis hæc otia fecit*
*Illa poteſt homines, illa movere Deum.*

1. Quod Angeli & homines in cœlis & terris concentu Muſico Dei laudes modulentur. *2. Sam. 6. Luc. 2. Apoc. 14. & 19.* Sic in Eccleſia ſacræ cantiones ſemper fuerunt in uſu. *Ex. 15. Deuter. 32 Iud. 5. 1. Sam. 2. Luc. 1. Epheſ. 5. Col. 3. Iac. 1.* (*Heinr. Salmuth. d. l. p. 252. ex Natal. Comitis lib. 9. Mitholog. cap. 7.* rationem indicat, quare Muſica ſacris & Deorum pulvinaribus adhibita,) Ex inſtitutione inprimis *Davidis & Aſaph. 1. Paralip. 16.* nec non Pſalmis ad ſingularem devotionem excitantur animi piorum, (uti fatetur *Auguſt. lib. 9. confeß. c. 6.* ad lachrymas & fletum voce & harmoniâ Eccleſiæ ſuaviter canentis ſæpè permotum eſſe) religione

imbuuntur, uti exemplum habemus 4. Reg. 3. in hiſtoria Eliſæi, & à vexatione malorum ſpirituum liberantur, quod 1. *Reg.* 16. *&* 18. in *Saulo* apparuit, qui à malo ſpiritu exagitatus, *Davide* cytharam pulſante, meliuſculè inceperit habere *vide Ioſeph. lib. 6 antiq. jud. c. 9. & Salmuth. d. l. p. 251. Bod. n. 505. adhibe etiam Polyd. Verg. lib. 6. de rer. invent. cap. 2.*

20. II. Conducit ad otium Theoreticum ſeu ad literarum ſtudia, uti enim antiquiſſima, ita ſemper ferè conjuncta literariis ſudoribus ac inter ſeptem artes libero homine dignas, perinde aſſumpta tanquam gravioribus cogitationibus oppreſſis omnino neceſſaria: quo ſublimibus indagationibus feſſi utiliter reficiuntur, collapſæque animi vires recolliguntur.

*Nam laſſas recreat ſtudiorum pondere mentes*
*Quid mirum à Muſis Muſica nomen habet.*

*Vide aut. tabul. are inciſ. Academ. ſive ſpecul. vita ſcholaſtic. Lugd. Batav.* Inſuper non tantum hominibus eſt lac animæ & gratiſſimum ſolicitudinis lenimentum, laboris ſolatium atque remedium ad inducendam calamitatum oblivionem, quibus vita hæc noſtra undiq; ſepta deprehenditur. *Salmuth. d. l. p.* 251. & ad quietem recreationem, hilaritatem, ſolatium & jocum plurimum facit: ſed etiam quia facilè nec ſine voluptate diſcuntur & firmiſſimè animis inhærent,

rent, quæ harmoniis & numeris Muſicis comprehenſa ſunt.

21. Hanc ob cauſam olim leges cani ſolebant, *Ariſt. ſect.* 19. *problem.* 29. ut leges 12. tab. teſte *Cicer.* Et maximè apud *Germanos teſte Avent. lib.* 1. *animal.* qui etiam magnorum virorum laudes decantabant, quod innuit *Tacit.* Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriæ atque annalium genus eſt, *Tuiſconem* Deum terrâ editum & filium *Mannum* originem gentis conditoresq;. Hinc etiam maxima Muſicæ vis in Rep. æſtimatur, exemplo *Cynæthenſium Arcadiæ* populorum, qui legibus ſanxerunt ut omnes cives ad annum uſque 30. in ea ſtudia incumberent. *Vide Bod. de Rep. n.* 410. & 11.

22. III. In hominis animo varios efficit motus, quorum aliquos hoc diſticho comprehendiſſe videtur *Vates*:

*Aures demulcet, flectit duriſſima corda,*
*Exhilarat triſtes conciliatq; ſibi.*

Sunt enim in concentu Muſico ſimilitudines & imitationes affectuum & perturbationum, quibus animus agitatur, ita ut remiſſa, triſtitiam & commiſerationem provocet, ut *Ægyptij* lugubrem cantionem, quem linum vocabant, & *Græci* modulabantur, ut memores ſuæ mortalitatis eſſent. *Herod. lib.* 2. cuius generis & Threni Ieremiæ. Blanda & mollis animi ferociam mitiget & iram efferatam reprimat, uti *Empe-*

docles adoleſcentem præ ira furentem cantu revocavit & ſedatiorem reddidit. *Cicer. 4. Tuſcul. & Athen. lib. 14. c. 10.* imò *Guazz. de civili converſat. p.* 308. ſcribit, quòd ſuavem morum concinnitatem gignere dubium non ſit. *Salm. in d. Pancir. p.* 253

23. Exemplum ex Camerario habet *Author* deß Regentenbuchs *parte* 3. *c.* 9. *p.* 419. Als Keyſer Theodoſius auff eine zeit/ ſeiner Burgerſchafft zu Antiochia/ ein ſchwere Schatzung/ wegen außgeſtandener Kriegsentpörnng/ aufferlegt/ darob die Bürger vngedultig worden/ vnnd dem Keyſer nit allein vbel nachgeredt/ jhre Majeſtät geſchändet vnd geſchmähet/ ſondern auch ſein vnd ſeines Gemahls Bilder in der Statt verunehrt/ zerhawen vnd zerſchlagen. Nach dem ſie aber vernommen/ dz ſolches dem Keyſer ſchmertzlich weh gethan/ vnd dz ſie jhnen die höchſte vngnad auff den Halß geladē/ vnd nichts beſſer/ dañ der gantze Statt verherung zugewarten: haben ſie Hertzlich rew vber jre Mißhandlung getragen/ vnd Gott vmb verzeihung gebetten: Darnebē auch diß euſſerliche mittel erfunden/ dz ſie den Biſchoff Flavianum an jhre Majeſtätt abgefertigt/ ein Interceſſion vnd vorbit einzuwenden/ welches jhnen auch der Biſoff nicht abgeſchlagen. Da nun derſelbe zu Hoff angelangt/ vnd vermerckt/ wie hefftig der Keyſer erzürnet/ vnd das mit keiner Bitt bey jrer Majeſtät nichts zuerhebē/ hat er ſich zu deß Keyſers Capellmeiſter vnd Knaben/ ſo auff die Muſica beſtellt/ verfügt/ der Burgerſchafft

ſchafft zu Antiochia geſtelte/demütigſte Supplica-
tion/reimweiß in einen Geſang verfaſſen/vnd vor
deß Keyſers Tafel ſingen laſſen: darob jre Maje-
ſtät dermaſſen bewegt worden / daß jhm die heiſſen
Threnen in den Becher/welchē er in Händen hatte/
herab gefloſſen/vñ alſo balden die gefaſte vngenad
ſchwinden vnd fallen laſſen/auch den Biſchoff mit
gnädigſtē Beſcheid/dz die hohe beleidigung ſo jhme
vnd ſeinē Gemahl begegnet/ todt vnd abſein/ vnnd
weiter nit geandert werden ſolte abgefertigt.

24. Gravis, moderata & conſtans libidines ex-tinguat & animos ad temperantiam & caſtitatē flectat, *vide Homer. 1 Odyſſ. Nat. Com. lib 7. Myth. c. 15.* aſpera verò & dura Martem provocet, *qua de ſup. n. 17.* Econtra levis & laſciva moribus vehementer officiat, *vide Virg. lib. 5. c. 14. ex Diod. Cornel. Agripp. de vanit. ſcient. c. 17.*

25. 4. Harmoniis Muſicis quidam morbi curātur; *Tales* enim *Spartanos* ope Muſices lue peſtilentialī liberavit. *Plut. de Muſica.* Sic Phrenetici nullâ re magis, quam Concentu ſuavi reſipiſcunt. *Alex. ab Alex. lib 2. c. 14. vide Gell. lib. 4. noct. attic. c. 13.* imò vita hominis ita recreatur, ut eius limites hilaritudinis beneficio non parum ſæpenumerò extendantur.

26. De *Muſica muta & hydraulica vide Pancir. in deperdit, & in eum Salmuth p. 259.* quæ ore clauſo, aquæ ſono ſolis manuum, vultus, pedumque geſticulationibus, fiebat: Hodiè verò interdum in Comœdiis Brittani:

(antiquitus Pantomimi & Cheromomi dicti) eâ uſi. *Vide infra num. 17. part. 4. ſect. 5.*

## SECTIO II.

## DE PICTURA.

1. SEcundum animi exercitium, non certè ab alumnis Muſarum alienum eſt, ARS PINGENDI ſequitur, & VEL LITERAS; quæ quo cultior & comptior eò plus ſtudioſis affert adjumenti, Hæc hodie ad ſummum culmen pervenit, ita ut pennæ beneficium & manuum induſtriam opera ſatis præclara teſtentur; cujus rei ſpecimen nobis exhibet Florilegium variarum linguarum formandi varia genera ſcripturarum, æri per *Iacob ab Heyden* inciſa:

2. VEL FORMAS & IMAGINES, quæ tacitum eſt poëma, ſicut Poëma, loquens pictura. *Cic. pro Cluent. Plin. lib. 35. c. 4.* multumq; habet ingenii, divinam propè cognitionem attingit, varias animalium rerumque ſpecies, ſic mente concipere, monſtrat, ut penicillo & variis coloribus adeò exprimantur, quaſi nihil in iis præter Spiritum deſit. *Franc. Patrit. de inſtit. Reip. lib. 1. tit. 10.* nititur fundamentis opticis inſignium & rerum & virorum magnorum ſervat memoriam, oculos ſuaviſſimè paſcit, ſuis moralibus figuris animos mortalium mirificè dele-

delectat, umbras rerum affabrè delineando. *Caſus lib. 8 Sphar. Civit. c. 3. p. 482.*

3. Ne autem quis indecorum putet manus ſtudioſorum coloribus inquinari, habemus exempla in Impp. ut *Hadriano & Antonino Augg.* & noſtro hoc demum ævo, *Rudolpho II.* qui ſummum ex hoc ſtudio gaudium perceperunt, nec non ampliſſimam *Selimi II.* Turcarum Sultani, in *Gentilem Bellinum* munificentiam, quam ob excellentem in arte pingendi peritiam *Conſtantinopolim* evocavit, inq; ordinem equeſtrem cooptavit & inſigni torquis aurei donavit, *Fr. Mennenius in delic. Equeſtr. Ordin. c. de Equitibus apud Turcas:* aliorumq; Principum, qui hac arte in peregrinando, tanquam neceſſario Comite multoties utuntur. *Patrit. de Regis inſtit. lib. 3. tit. 14. p. 211.*

4. Et tanto olim in precio fuit ut ingenuis tantum hominibus permiſſa, ne vili conditione exercẽtis, excellentia artis minueretur, nec non hujus artis periti Profeſſoribus literarum fuerunt exæquati, quaſi pictura proxima doctrinæ accederet. *l. archiatros. 8. C. de metall. lib. 12. & Imp. Iuſtin.* à communibus regulis juris propter hujus artis præſtantiam receſſerit, *in § ſi quis in aliena. 35. Inſt. de R. D.* inquiens: Ridiculum eſſe picturam *Apellis & Parrhaſii* in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere. Quibus *Ariſt.* etiam ſuffragantur rationes, quando *lib. 8. polit. c. 3.* picturâ opus eſſe docet, non tam, ne in his rebus

bus emendis fallamur, quam ut corporum pulchritudinem, menſurâ & proportionem dignoſcere, deque operibus artificum dextrè judicare poſſimus, aut ad minimum ſuſpicari in pulchro corpore pulchrum latere animum. *Scherb. in not. ad Ariſt. p. 366.* nullus enim qui non didicit pingere poteſt rectè judicare ex *Catone Heresbach. de educ. & erudit. Princip. cap. 13. part. 89.*

5. Imò pictori non exigua cœlitus dona obtinenda ſunt, quibus arte ſua dignus videatur 1. enim neceſſe eſt eum in artibus omnibus eſſe ſatis bene verſatum; atque ut ſit literatus & plurimarum rerum ac fabularum hiſtoriarumque cognitione præſtans. 2. requiritur ut laudis ſit cupidus & ſtudioſus, ſiquidem ambitio in artibus propagare perfectionem in opifice ſolet, neq; enim poteſt eruditio ſine laudum cupiditate. 3. ut ſit liberalis & minime ſordidus: nam avaritia & immundities inventionem dejicit & obfuſcat. 4. ut ſit prudens & minimè ineptus, quo certam quandam in omnibus rebus rationem eſſe intelligat. 5. ut ſit circa antiquitates optimè verſatus quo antiquas hiſtorias rectè depingere queat; verbi gratia, ut rationem reddat, cur Venus ſit apud Lacedæmonios armata, apud Arcades nigra, apud Cyprios barbata, virili ſcepero, muliebrique ornatu inſignis. Et ſic

in aliis eius generis infinitis, quorum omnium cauſas pictor exactè & ad unguem tenere debet.

6. Oportet eum optima imaginatione eſſe præditum, ut videlicet ridentis, ægrotantis, morientis, periclitantis & conſimilis infinitas animo ſpecies imaginari & omnium, quas exprimere cupit, rerum conceptas animo ſpecies continere ac reddere valeat. 7. neceſſe eſt ut ſit in imitationis cautela præcellens: & denique etiam requiritur ut in lineamentis, Symmetria, Geometria, perſpectiva & hujuſmodi aliis & exactam ſibi cognitionem ac ſcientiam paraverit & acquiſierit *Robertus Flud tom. 1. tract. 2. part. 5. lib. 1. de arte pictoria c. 1. p. 319. in custor. Macrocoſmi.*

7. Quis jam unum horum requiſitorum (omnibus enim ſtudioſus præditus, imò vix artifex etiam ſummus poterit) ſtudioſis etiam nobilioribus incongruum pronunciare audebit? Certè nullus, cum potius adumbrata & rudis pingendi facultas, Wann einer entwerffen vnnd abreiſſen kan/ judicium mirificè augeat, at illis maximo interdum ſit uſui. Sicut enim multas res, quæ per ſe merentur laudem ineptiſſimus ſæpè uſus facit intempeſtivus, ita è contrario non paucæ, quæ parvi videntur eſſe ponderis, ut æſtimentur magni, ipſa uſurpatio officit proba, *Caſtilian, lib. 1. de* *aulico*

*aulico.p.*83.ubi eleganter de pictura diſcurrit *De inventorib. Virde Polyd Verg. & Patrit.d.l.de Reip. inſt.p* 55 *Schonb lib.*2.*pol.c.*28.*p.*162 & alios.

8. In hac arte pictoria omni nemo facile alium populum Belgis compoſuerit: Carol. Scribonius in Antuerpia c 12. e quibus primam laudem obtinent Quintini, Mabuſæi, Bruegelii, Clevii, Bilir Florii, Cockii, Congneti, Moſtardi, Mori, Schaorelii, Ærtſii, Hemskerkii, Pourbuſii, Barenſii, Winghii, Hofnaglii, Cœxii. Veniant jam, qui unquam dexteritate manuum immortalitatem ſibi pepererunt, veniant pictores, Apelles, Xeuxis, Protogenes, Parrahſius, Ariſtides, Thebanus. Certè vetus illa pulchritudo cum Belgica comparata in agris & ſylvis nata videatur, ut inquit. *Lanſ. orat. pro Germ. p.* 45.

9. At verò minime omnium prætermittendus ſit Michael Angelus Bonarota Florentinus, qui ante hos ſexaginta annos Romæ deceſſit, ann. Chr. 1564. cum ætatis annum XC. ageret; atque adeò poſt priſcos Græcos picturæ, ſtatuariæ, & architecturæ fuit ſummus artifex: cuius nomine ut paſſim orbis perſonat; ſic pleriſq; locis, ſed Romæ & Florentiæ præcipuè, ſtupendi operis monumenta eius viſuntur. Huic initio cum Raphaele Urbinate pictore famoſiſſimo æmulatio erat, ſed mortuo in ætatis flore Raphaele, Michael, qui ad majora adſpirabat, longævæ ætatis beneficio facilè principatum in pulcher-

pulcherrimis illis artibus adeptus eſt, & ad mortem uſq; tenuit; pleriſq; ſuæ induſtriæ admiratoribus, raris æmulis, aut imitatoribus relictis. Huic etiam Coſmus Medices Florentiæ Princeps, qui ſummè his artibus delectabatur, tantum honorem habuit, ut eius corpus Roma Florentiam transferri curaverit, ut in patria ſepeliretur, idq; maximâ pompâ peractum; deducentibus funus XXC. conſumatiſſimis artificibus ad B. Laurentii ædem: ubi à Benedicto Varchio publicè laudatus & conditus eſt. *Thuan. hiſt. lib.* 36. *& Iohann. Baptiſta Hadrian. hiſtor. lib.* 18. Plures vide apud *Lanſium orat. pro Ital. p.* 655.

10. A pictura non procul abſunt torneamenta, quod genus artis & ipſum unâ cum pictura plaſtica, arte fingendi, aurifabraria ſculptoria & ſtatuaria inter liberales quodammodo numeratur. *Vide Caſtil. d. l. p.* 85. diſſentiente Seneca *epl.* 88. quando dicit: Non adducor ut in numerum liberalium artium pictores recipiam non magis, quam ſtatuarios aut marmorarios aut cæteros luxuriæ miniſtros. Verum quia manuum operatio in iis ſuperat ad quartam pertinent partitionem de Mæchanicis quæ & ipſæ non rarò ad liberales quàm proximè accedunt.

*SECTIO*

## SECTIO III.

## DE LINGUARUM COGNITIONE.

1. LInguarum exoticarum exercitium adeò commendandum ſtudioſis hodiè eſt, ut planè neceſſarium ducatur, ſiquidem iis qui eſt deſtitutus, non tantum optimorum ſcriptorum intellectu, ſed etiam Magnatum & doctiſſimorum favore deſtituitur, taceo uſum in peregrinando incomparabilem.

2. In iis autem potiſſimum quis ſe exerçeat, quæ aliquando uſui eſſe poſſunt & in patria ſua ejuſq; Principis aulâ potiſſimum florent, ob vicinam vel jus commercionum, ut Rhenanus inprimis Gallicam, Styrenſis Italicam, Auſtriacus, Ungaricam & Bohemicam, Belga Britanicam & Hiſpanicam calleat, &c.

3. Exemplo Sigiſmundi I. Regis Polon. qui linguam Germanicam propterea ſibi diligenter pernoſcendam exiſtimavit, quod eam gentem vicinam haberet, & cum qua ſæpè de graviſſimis negotiis eſſet communicandum. *Herbart. in Chron. Polon.* Et non tantum Sigiſmundus, ſed & tota Polonorum gens laudatur, quod linguarum ſit ſtudioſiſſima, rariſſimi enim pagi, ubi Latina lingua præter vernaculam non ſit vulgò nota; pleriſq; Nobilibus inſuper

Germa-

Germanicam, Hungaricam Italicam, Gallicam. Hiſpanicamq; eleganter callentibus. Id quod Gallis res viſa eſt nova & inſolita, cum Poloniæ delegati decretum electionis Henrico Andium Duci totius regni nomine nunciatum Lutetiam veniſſent. Namq; Pariſienſes non tantum novorum hoſpitum vaſta corpora, vultus mirâ gravitate ſubhorridos, ſubmiſſas & rutilanteis barbas pileos pretioſis pellibus fartos, gemmatos enſeis falcatas, ferratas ocreas, pharetras, & arcus, raſumq; occiput, & Cothurnos gallicis ferreis à luto defenſos, cum ſtupore afficiebant; ſed hoc mirabantur maximè, quod ex omnibus legatis nullus non Latini ſermonis peritus eſſet, plures Italicè & Germanicè loquerentur, quidam etiam tam concinnè Gallicas voces proferrent, ut ad Sequanam potius aut Ligerim, quàm ad Viſtulam aut Boriſthenem nati viderentur: pudore interim Aulicis Caroli IX. literarum non modò rudibus ſed infeſtis hoſtibus incuſſo, qui interrogati ab hoſtibus ſuis erubeſcere, & nutu tantum reſpondere cogerentur. *Thuanus libro 56. hiſtor.*

4. Ita linguarum amantiſſimi fuerunt plurimi Imper. ut I. Carolus Magnus non ſolum patriâ linguâ, ſed etiam peregrinis linguis eruditus, barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum Regum bella

bella, & actus canebantur, ſcripſit & memoriæ mandavit, inchoavit etiam Grammaticam patrio ſermone: menſibus, anni juxta propriam, id eſt, Teutonicam linguam, vocabula impoſuit, ventos etiam duodecim propriis nominibus appellavit cum antea quatuor tantum Cardinales venti nominarentur. Sigebertus in Chronico. Otto ſecundus quoq; feliciſſimo Martis & artis conjugio maximus, hoc ex re literaria tulit beneficium; ut Romanorum & Beneventanorum fugacium culpâ in Italia à Græcis victus, & in fuga à nautis interceptus, quia ſe militem gregarium ſimulabat, & eadem felicitate linguam Græcam, quâ ſuam loquebatur lytro perſoluto incolumis nec agnitus evaſerit, poſteritati cogitandum relinquens, quantæ ſit utilitatis Principem eſſe doctum & linguarum gnarum *Nauclerus Volum. 2. generat. 33.* Ut & Fridericus Secundus, bonis literis exultus, & literatorum familiaritate ſemper uſus, Germanicè inſuper Latinè, Græcè, Italicè, & Saracenicè doctus, præcipuam paravit inde famam, quod Ariſtotelis opera ex Græco & Arabico in Latinum transferri ſermonem, & eadem Bononienſi Academiæ dono miſſa publice legi curaverit. *Petr. de Vineis Epiſt. lib. 3.*

5. Nec non Aloxſia Sigæa, virgo Toletana, quæ linguarum quinq; adeò fuit perita, ut Paulus *III* Pont. Max. literas illius ad ſe ſcriptas videns Latinè, Græcè, Hebraicè, Syriacè & Arabicè

bicè admiratus fuerit in tenella & muſtea virgine tam multiplicem ingenii fructum, in viris etiam rarum: *L. Nonius in Hiſpan.* Sic etiam Electorum filii jubentur in *Aur. Bull. cap. ult.* præter Teutonicam & Bohemicam, Latinam quoque Italicam & Sclavonicam linguas diſcere; & videtur hæc Sclavonica lingua Electoribus utilis fuiſſe, quia tot communis eſt nationibus, ut Polonis, Bohemis, Ruſſis, Moſcis, Moravis, Sileſiis, Caſſubiis, Dalmatis, Croatis, Vandalis, Volhiniis, Forojulienſibus, Bonenſibus, Moſcoviis, Pruthenis, Samogitis, Bulgaris, Roſciis, Serbis, Illyricis, & parti Carinthiorum. *Tho. Lanſius orat.* contra Polon. *p.* 622. quin etiam in aula Turcica ſecundas tenere dicitur. Reiſenberg. *d. l. p.* 347. quod quarti è Carolis monitum probè aſſecutus eſt Auguſtus ſeptemviri, Iohannis Georgii Saxoniæ Electoris avus, quod exemplo Othonum Imperatorum gentilium ſuorum jam corroborata ætate linguam Latinam didicerit. *Thuan. lib.* 41. *hiſt.*

6. Quem locum diligenter illuſtrat. *Marq. Freher. in libell. de Princ. Elect. jun. inſtit. commentario ad cap.* 7. *A. B. affixo ſcribens*: Melius (opinor) res litteraria ſe haberet, ſi puritas linguæ Latinæ pariter cum varietate doctrinæ ex uſu potius perpetuo bonorum auctorum interpretatione, imitatione, & exercitatione compararetur: non ex inſipidiſſimis regulis & ſterilibus præceptis (quæ deficiente demum cum

imperii re litteraria ad Latinitatis normam utcunq; retinendam nata ſunt) ærumnabili labore inculcandis & præpoſterè deſcribendis, ediſcendis tenera ingenia fatigentur, tempusq; teratur: ita ut tenerrima, hodiè juventus, quod deplorandum ſerò ſed ſeriò, totam fermè adoleſcentiæ ætatem unicâ linguâ latina addiſcendâ conſumere neceſſum habeat, ne dicam, cogatur.

7. Hoc in Latina ſi procedit, utpote tanto credimus viro, certè in reliquis linguis imitari non conſultum erit, cùm conſuetudo cujusque linguæ Magiſtra ſit. *Caſtilian. de aulic. lib. 1. p. 61. quem vide ſparſim de linguar. cognit. p. 49. & ſeqq. & p. 151 lib. 2.*

8. Præterea etiam maximum incitamentum eſſe debet, quod dicitur, turpe eſt fontem bibiſſe rivulos non guſtaſſe; ſunt enim hodiè in univerſa Europa *ſecundum Ioſeph. Scalig.* undecim linguæ matrices; Latina, Græca, Teutonica, Ungarica, Finnonica, Hitlandica, Cantabrica, Britannica; licet Britannicam Germaniſmi ſobolem eſſe ſcribat. *Iſaac Pontan. in gloſſ. priſc. Gall.* quibus addiderim Hebraicam omnium reliquarum genetricem.

9. Si itaq; lingua Latina (per totum quæ peregrinatur orbem terrarũ & ſtudioſorum quaſi vernacula eſſe debet) una eſt è matricibus, erunt Italica, Gallica & Hiſpanica filiæ, (cuius rei rationem tradit Samuel. *Bernhard, in Grammat.*

*mat. Gall. de orig. ling. Gall. p.* 10.) non minus amplectendæ & amandæ tanquam aulis Principum & curiis rerumpubl. familiares. *Vide Bornit. de pruden. pol. com. Heresbach. cap.* 13. *p.* 94. *& alios.*

10. Harum linguarum differentiam hactenus notarunt multi, ita quidem ut cum Deo ob majeſtatem Hiſpanicè, cum Principibus ob gravitatem Italicè, cum fœminis ob gratiam Gallicè, cum hoſtibus verò ob terrorem Germanicè loquendum eſſe autument. Sicuti & illa ſive fabula, ſive hiſtoriola de quodam legato Germanorum narratur; qui apud Imperatorem Carolum V. Germanicè dicere juſſus, cum ſermonis & linguæ autoritate Hiſpanos ad applauſum commoviſſet, ex iſtis unus ita cenſebat; opinione ſuâ Germanicam linguam & graviorem & ſeveriorem eſſe, atque ſe credere Deum, cum expelleret è paradiſo Adamum, & Angelum gladio formidabilem, qui paradiſo cuſtos datus eſt, terroris majoris causâ Germanicâ linguâ illum noſtrum patrem increpuiſſe: cui tamen Germanus acutè repoſuit, Hiſpanicæ linguæ non minus ſe magnifacere pompam, quàm ſubtilitatem, & perſuaſum habere; Diabolum, cum Evam circumvenire vellet, linguâ Hiſpanicâ fraudum & callidiorum conſiliorum tragulis aptiſſimâ, uſum fuiſſe.

11. Quãquam autem ſua cuiq; linguæ laus & elegan-

elegantia eſt illa certè eam excipit quoq; vitium & abuſus: Nam ut de unica loquamur Gallorum: Illam innata ſuaviſſima orationis elegantia amabilem reddit, vivacitas & nervoſitas dictionum extollit metaphorarum frequentia amanat, brevitas commendat, *Samuel Bernhard. in Prolegom. Gramat. Gall. p.2.*

Econtra verò quæ lingua quæſo amoribus conciliandis eſt aptior, quàm Gallica? Quæ lingua à maſcula conſtantia eſt remotior, quàm Gallica? Non illud commune ingemino diverbium, quo Italos & Gallos aliter ſcribere quàm loqui, & aliter loqui quàm ſentire, ſignificamus; Italicum proverbium de Gallis hoc eſt: I. Franceſi non dicono, come voglion fare; non leggono, come ſcrivono; non cantano, come notano: ſed hoc affirmo, nullo unquam tempore linguam Gallicam in turpiora adulationum & illecebrarum adulteria fuiſſe proſtitutam, præterquã hodiè ea eſt abjecta, & ſervilis: in qua vita, Anima, Devotio, Adoratio, Servus, Mancipium, & hujus farinæ verba alia leviſſimam quamque adfectus, declarationem infarciunt, *Mich. Montanus lib.* I. *cap.* 39. ut in ſeriis & ſeveris propenſæ voluntatis animiq; benevoli motibus exprimendis nulla penè dicendi formula ſuperſit.

12. Hîc probè & quidem ſummopere inculcandum eſt monitum hoc ſalutare ut quælibet gens ſuam colat & exercendo alat vernaculam,

ne,

ne, quod valde damnoſum aliena ipſis imperet lingua, & ita confuſio oriatur, quæ tanquam pœna divina turrem deſtruxit Babylonicam, laudabiliter igitur Romani, Legatis Græcis, tam Romæ, quàm in Græcia ipſa, non niſi latinè reſpondentes, quò honos illius lingua per omnes gentes diffunderetur. *Val. Max. lib. 2. c. 2.* Ciceronemq; Syracuſano Senatui græcè locutus eſſet, graviter objurgantes, uti de ſe ipſo teſtatur in Verrin. Sic Tiberius Cæſar in Senatu veniam prius petiit, monopolium vocabulum peregrinum nominaturus. Suet. Et Phavorinus dicebat, poſſe Imperatorem hominibus barbaris civitatē Romanā dare, vocabulis nominibusq; barbaris non poſſe; quippe quæ à naturali civiū uſu, qui ut eſt in *l. 2. §. 1. ff. de uſufr. ear. rerū quæ uſu conſ.* autoritate Senatus immutari nequit, vim atq; proprietatē accipiunt. Cujus rei Philotā in reatu ſtantem, & alieno ſermone utentē incuſat Alexander. Ecquid videtis odio etiam ſermonis patrii philotam teneri? ſolus quippe faſtidit eum dicere: ſed dicat ſane utcunque cordi eſt, dum memineritis æq; illum à noſtro more atq; ſermone abhorrere. Eodem modo Turcici Imp. majeſtatem imperii ſui oſtentant, ut non alia lingua quam ſua vel Legatos exterorum Principum audiant, vel iiſdem reſpondeant. *Clap. lib. 3. de arcan. Rerump. c. 22.*

13. Verum nos germani hoc vitio quaſi perpetuo laboramus delicatuli, hoc unum agen-

tes, ut videamur à majoribus deſciviſſe, Hiſpanicam, Italicam atque Gallicam illegitimas Latinæ, filias, quæ etiam noſtræ captivæ ſunt, & à noſtra verborum auxiliarium, uti vocant elegantiam habent, ſeduli addiſcemus, & neſcio quo amore meretricio infatuati, Germanicam noſtram linguam aſpernamus, contemnimus, & Gallicè aut alii ulli exteræ poſthabemus, nec placere aliter ea nobis poſſe, imaginamur ſuperſtitiosè, niſi ex admiſtione vocum latinarum, Italicarum, Gallicarum aut aliunde peregre petitarum novam ſumat perſonam: cum majores noſtri talem cum peregrinis copulam inter dedecora & nomine Germanico indigna facta recenſuerint. Quorſum ridiculæ illæ formulæ: Der Monſieur als ein praff cavelier erzeig mir diß plaiſier.

14. Præterea quæ pernicies in rempubl. ex vernaculæ linguæ neglectu redundet. *Vide Camer. cent. 3. meditatio. hiſtor. cap. 65.* quæ autem ex illa vana commiſtione, unius exempli narratio nos edocebit: nam in Franconia nobilis quidam, alteri negabat jus hæreditatis, ſcribens, daß jhr euch auch als einen hæredem angeben wollet / ſeid jhr keines wegs befügt: ille ignarus linguæ Latinæ pro hærede legit Herodem, & ita ſe injuria gravi affectum putavit, cujus ulciſcendæ actionem non levem inſtituit, ita quidem, ut deputati ad litem dirimendam ſint commiſſarij: Hi perſpecta ſcribentis

bentis innocentia, quod ſcil famam illius neutiquam læſerit, & explicato vocabulo illum abſolverunt, ad quem nobilis ille imperitús, was ſcherſtu mich viel mit dem Latein/ haſtu es nicht böſzgemeint ſo ſey es.

Nec non paucos ante annos Argentinæ factum, ut quidam gallici idiomatis non probe gnarus, diceret ad alium, der Monſieur iſt nicht Couræſe: hic phraſeos vim intelligens Gallicam (quæ effœminatum & muliebrem notat animum) Colapho alterum linguam docere voluit: Taceo ridiculas illas plebeorum locutiones quas terminorũ latinorũ immixtione condecorare vel potius dedecorare volunt.

15. O ſi majorum noſtrorum exemplo conſuetudinem hanc laudabilem non intermitteremus, quâ in Theatris certamina poëtica inſtituebant: orationes Germanicas, verſu concinnatas, ad numeros Muſicos modulabantur. *Reiſenb. d. l.*

16. O ſi Cameræ conſtitutionem ubiq; ſervaremus, quâ lites alia, quam Germanica lingua intendi non audent. Si Bohemos imitaremur, Pragæ in judicio neminem niſi lingua Bohemica proferentem, audientes. Si Rudolpho Habsburg. Cæſari optimo obediremus, ad quem cum natio Germanica juſtas quærelas deferret; cogi ſe in tanto neglectu ſermonis patrii, ſervire exteris linguæ latinæ ſcribis, ſæpe fluxæ fidei hominibus: habuit Comitia Norimbergæ anno

M. CC. LXXII. ubi omnium ordinum conſpirantibus ſententiis placuit: ut deinceps in curiis, ad tribunalia in contractibus lingua Germanica admitteretur. Si plures aſſurgerent Electores Saxoniæ ſimiles illi, qui terminos omnes Latinos artis Germanicis incluſos (hodiè quod frequentiſſimum) commutavit in noſtratem linguam. Si cum lacte materno ſermonis vernaculi puritas noſtris inſtillaretur, Etenim

*Quid foveat dulci matricula majus alumno,*
*Quam ſapere, & fari ut poſſit, quæ ſentiat?*

Reiffenberg. *p.* 349.

17. Si mitteremus cæco peregrini idiomatis amore elatos, qui boni amici quàm fortè vernaculi aut ſcommatis venuſtuli, jacturam facere malint. *Lanſ. contra Gall. p.* 309. Et non idiomatis tantum ſed etiam pronunciationis, quos facetè *Morus Epigrammate* in Anglum quendam Gallizantem facto, ludit:

Sic ergo linguam ille & latinam Gallicè, & Gallicè linguam ſonat Britannicam, & Gallicè linguam refert Hiſpanicam, & Gallicè linguam refert Lombardicam, & Gallicè linguam ſonat Germanicam, & Gallicè omnem, præter unam Gallicam, Nam Gallicam ſolam ſonat Britannice. Non eſſet periculum quod virginitas linguæ noſtræ aliarum ſtupro commacularetur.

18. Tanta enim germanicæ linguæ eſt majeſtas & dignitas (quicquid Ariæmontanus calumnia-

lumniatur,) cum pari ubertate tanta, ut cum aliis omnibus de elegantia, de ſelectiſſimorum verborum ſplendore, & dicendi Veneribus de pulcherrimis periodorum, ſimulq; admirandis ductibus, & de univerſo planè orationis ornatu certare poſſit, *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 3. c. 22. Paul. Matt. Wehner in præfat. ad obſerv. Pract.* Neq; ea hodie patriæ incumbit barbaries, quæ temporibus fuit vel Taciti ſcriptoris Romani, cum tunc Germani literarum ſecreta, viri pariter & fœminæ ignorarent. *Tacit. de morib. German.* vel Otfridi Monachi, qui vixit ante annos ab hinc amplius ſeptingentos, & Germaniæ ſermonem omnium primus literis tractare aggreſſus linguam appellavit ſcriptu perdifficilem, propter ſonum incommodum, & literarum plerumque congeriem, multis in eam ſententiam collectis argumentis, *Marc. Velſer. rer. Bojcar. lib. 2. ex Otfrido in Prol. Evang. ad Luthertum Archiep Mogunt.* Nec ea noſtræ vel paupertas vel ruſticitas, ut foris opes & fucum arceſſere debeat.

19. Hic notet lector nos de vitiis tantummodo loqui, uſum exiguum linguarum cognitioni aſſignantes, uti videre eſt *ſup. n. 1. & ſeqq.* In addiſcendis autem linguis locum ſibi quis commorationi ſelegat quo in major linguæ puritas & elegantia, quiq; à conterraneis vacuus, ne tēpus vernaculam exercendo teratur, juxta præceptum *Bornitij, de Prud. Polit.*

# SECTIO IV.

## DE CONVERSATIONE.

1. CONverſatio & conſuetudo cum bonis uti ordine poſtremum, ita dignitate certè primarium eſt animi exercitium, quia colloquia moderata, placida, honeſta, utilia ad mores & literas pertinentia cum æqualibus, amicis aut prudentioribus inſtituta, nihil nō intactum relinquunt, & inſtar fabularum maxima dicendi fruuntur libertate & interrogādi promptitudine, (quæ multis exitio fuit, præſertim jā in adultiori ætate conſtitutis, vimq; *l.* 20. *de fideicom. libert.* non rectè perpendentibus. Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret me aliquid addiſcere; *ubi Gothefr. quam Conrad. Rittersh. p. m. hoc diſticho incluſit.*

*Non me ſi dextro raptum pede Parca ſepulcro*
*Mergat, adhuc aliquid diſcere pœniteat.*
vel:
*Quamlibet in tumulo mihi pes conſiſteret alter*
*Diſcendi pectus flagret amore tamen.*

Aliter *Rollenha. in embl.* 75 *tamen diſcam. cent.* 1.

*Et licet in tumbam pes decidat alter & alter,*
*Vivat adhuc, ſtudiis invigilabo tamen.*

Videatur *Auguſt.* 1. *de Prin.* 11. Non pigebit me, ſicubi hæſito, quærere, nec pudebit, ſicubi erro diſcedere; Cùm quod omnia facilius percipiantur,

tur, tùm quod unius horulæ converſatio eaq; amica etiam integri diei ſudorem quam facillimè ſuperare poſſit, & plus quàm ſtudium proſit, & minus quàm illud videatur laborioſa: *Clariſs. Dn. Beſold. lib. 2. pol. cap. 1. th. 11. p. 542.*

2. Imò tanta converſationis eſt fertilitas ut cum agro Babylonico (qui ſementem ſi acciperet, ducena quondam & tricena, ſi Herodoto fidem habemus, reddere ſolebat) certare non erubeſcat: Inde veriſſimum illud, converſatione ſublata omnium Academiarum uſum certo corruere: interpolatâ autem ædificium eruditionis ruinam minari præſentiſſimam.

3. Nulla ſiquidem res magis animos induit honeſtos & in pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bonorum converſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora & præceptorum vim obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri *Sen. ep.* 6. Occurſus me Hercule ipſe ſapientũ juvat. Et eſt aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Quid? imò juvabit ille vel ipſe cogitatus. Idem *ep.* 84. Ut enim qui in ſole ambulant, quanquã in hoc non ambulant, colorari tamen eos neceſſe eſt. Ita qui prudentum conſuetudine delectatur, eaq; utitur, non poſſit non etiam prudentia imbui. Et *Cic.* 2. *off.* Facilimè in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros, bene conſulentes Reipubl. contulerunt. Quibus cum ſi frequentes ſint, opinionem afferunt populo, eorum

fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt imitandum.

4. Id quod probè conſideravit Tiberius, qui cum è turba hominum laxamenti cauſa ſe amoveret, ſocios ſecum aſſumebat Cocceium Nervam Ictum, & alios liberalibus ſtudiis præditos, quorum ſermonibus levaretur. *Tacit. 4. annal.* Nec non Carolus Quintus individuus ille Thucydidis etiam in caſtris amicus, amicus quoq; P. Appiani, Humelii & aliorum Mathematicorum amicus, Doctor quidem non fuit, magnitudine ſtatim Imperii tener adhucà ſtudiis abductus; attamen reverentiam literarum, ubi ubi potuit, conſtanter propagavit, & Doctores atque Doctos ſincerè dilexit; qui aliquando Lovanii Rectori Academico loco ceſſit & latus texit; qui aliquando Uliſſingæ ventos navigationi idoneos expectans, in multam noctem cum Georgio Sigiſm. Seldio locutus; intereà familiâ omni ſive dormiente, ſive alibi divagante, & nemine ad nolæ ſignum apparente, ipſe Carolus Doctori Seldio quantumvis recuſanti lychnum prætulit, eumq; per gradus deduxit; Hoc tibi monimentum, inquiens, Cæſaris illius Caroli habeto, Seldi, tot exercitibus & excubiis quondam ſtipati; quem nunc ſolum à familia etiam deſertum vides; & cui tot annos ſerviiſti, is tibi nunc etiam ſerviit, & tibi lumen prætulit. Exemplum memorabile eſt, quod ſcribit *Alvarus Gomeſius lib. 5. de reb. geſt. Franciſc.* Ximenii Ar-

nii Archiepiſcopi Toletani. Cùm, inquit, Ferdinandum puerum cum Ximenio deambulantem, Rex Ferdinandus avus è feneſtrâ palatii conſpexiſſet: voce intentiore dixiſſe fertur: Euge nepos tali comite, à cuius latere, ſi quid mihi credis, nunquam diſcedes. Plura exempla habet *Picardus decad. 1 obſerv. hiſt. pol. c. 5 pag.* 31.

5. Diſſimilis ſanè multis noſtri ævi poteſtatibus, quæ ſeceſſus comites ſibi ſumunt aliquot vel aulicos, vel moriones, vel ſtultos quorum numero aulæ dehoneſtantur. *Ioh. à Chockier in theſaur. aph. pol. lib. 5. c. 20. p.* 295. Idem, quod monet Comin. *lib 3. hiſtor. p.* 387. Habent ſibi pleriq; Principes familiares aliquot Juriſperitos, & quoſdam qui longiori veſte diſcernuntur ab aliis, & rectè quidem cum ſint viri boni, ſed pernicioſè admodum & magno cum detrimento, quando ſunt vitioſi: Cuicunq; rei ſermo inciderit, illico legem aliquam aut hiſtoriam adferunt ſi boni ad utilitatem publicam, ſin mali ad ſuum ſenſum & affectum. Hic obiter nota: PP. præceptores, cùm ſemper ab eorum latere pendeant, pios emeritosq; conſiliarios & fortes capitaneos, non philoſophaſtros, aut Pædagogos juveneſq; temerarios eſſe. *Boccal. lib. 1. ragg. 54. ad fin. fol.* 434.

6. Ergo bonorum tantum converſationem pro exercitio virtutis agnoſcimus, pravorum pro deſtructione *cum Socrat. apud Xenoph.* Ut enim aromata odorem ſemper aliquem adfri-

cant tangenti, ſic boni & modeſti auram aliquam ſuæ virtutis *Lipſ.* & roſis ſuæ ſpinæ adhærent atque illas legere licet & ab his non lædi. *Idem in epiſt. 75. cent. ſing. ad Ital. & Hiſp.*

Inimica eſt multorum converſatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut cōmendat aut inprimit, aut neſcientibus allinit *Sen. ep. 7.* Sumūtur à converſantibus mores: & ut quædam in contactos corporis vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. *Sen. 3. de ira c. 8.* ubi plura: ſerpunt vitia & in proximum quemque tranſiliunt & contactu nocent. *Sen. de tranquill. animi. c. 7. Gloſſator* deß olden Sächſiſchen Reinicken Voß *lib. 1. c. 9. p. 29.*

7. In te ergo recede, cum his verſare, qui te meliorem facturi ſunt, illas admitte, quos tu potes facere meliores: Mutuo iſta fiunt, & homines dum docent, diſcunt. *Sen. ep. 7. cuius vide etiam epiſt. 95. 104. & 109. Gocl. lib. 18. noct. attic. c. 2. & 13. Adhibe præter ſcripturæ loca Pſ. 17. Prov. 13. Eccl. 13. Matth. 17. 1. ad Corinth. 5. &c. Sermones convivales Platonis, Xenophontis, Macrobij, Plutarchi, Athenæi, Alex. ab Alex. Michael. Piccart. dec. 1. obſerv. hiſtoricopol. c. 5. p. 30. Althuſ. Guazz. & Sagittar. de converſ. Rieth. in axiom. hiſt. p. 7. 132. & 279.*

## *DE VSV COLLEGIORVM DISPVtatoriorum & Oratoriorum.*

8. HActenus de converſatione privata & quaſi inter duos nunc de magis publica &

ta & ſolenniori, quæ conſiſtit vel in diſputando vel in perorando, utrumq; exercitium non caret ſua commoditate modò intra terminos permaneat, quapropter (ut de diſputatorio exercitio incipiamus) Thomas Eraſtus Medicus Philoſophus, *quemadmodum de eo hoc apud Zvvingerum, Vol. 26. theatr. vit. hum. lib.* II. *legimus*, Academicas diſputationes mirifice extulit, utpote quæ ad inventionem ſimul & judicium ingeniiq; nervos firmandos plurimum cõducerent, imò ſe nulli unquã diſputationi interfuiſſe dixit, ex qua non fructum percepit haud pœnitendum, cui aſtipulatur *Iohan. Nevizan.* (quem Ampliſſ. Dn. Hortled. *diſp. de rat. leg. publ. th.* 9. vocat Doctorem lepidum) *Sylv. nupt. lib.* 1. *c.* 1. Moderatè diſputando, inquit, non inutiliter ingenia exercentur, quia veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcit in lucem, & ob hanc cauſam lege Mahometis vetitum eſt de lege ſua diſputare ne eius falſitas detegeretur. *Ioh. Nevizan. d. l.* idemq; non obſcurè innuit ICtus Arcadius *in l.* 18. *§.* 2 6. *ff. de munerib. ibi Modeſt. & not. & diſputando bene & optim. rat. decrevit, &c.*

9. Quemadmodum porrò finis noſtrorum ſtudiorum ſit hominum utilitas, *Ampliſſimus Dn. Hortleder. d. diſp. in parerg.* Ita & diſputationes ab eodem fine metiendas dicimus, ita ut quæ ab hoc diſſentiunt rejiciamus ac ſic cum eodem Dn. Hortled. damnemus.

10. 1. Eorum diſputationes qui non tã veritatis

tuendæ

tuendæ aut inquirendæ quam diſputandi ſeq; exercendi gratia quid defendunt, ut non immerito Carneades Dn. Hortled. videantur.

11. Rectius inde facere apparet eos, qui collegia diſputatoria in Academiis aperiunt, authoremq; certum diſputationibus ſubjiciendum eligunt aut ſuſcipiunt ſi vel ab initio ſuam & veram opinionem, quam diversè proponit author, collegis indicent ſuis, aut in actu diſputatorio admoneant.

12. Minime legitimis diſputationibus aggregandæ ſunt eæ quādo eruditionis oſtendandæ gratia diſputatur quod vitium in publicis congreſſibus non rarò uſu venit, idq; procul dubio animadvertit *Ioh. Picus Mirand.* qui dicere ſolitus eſt, eas diſputationes quæ animo placido veritatis cauſa privatis in locis etiam modis arbitris exercentur prodeſſe: at illas obeſſe plurimum, quæ ad oſtendendam doctrinam, & captandam auram popularem, publicè haberētur. Vixq; fieri poſſe, quin homines cupidi honoris, eius quo cum decertent, infamiam quærant. *Ioh. Franciſc. in Vita Ioh. Pici.*

13. Vitioſiſſimæ quoq; ſunt diſputationes quæ ex authorib. quæſtionariis inſtituantur, ita ut materia de qua diſputatur nihilominus ſit cognita. Hæc perverſa & deſultoria diſcendi & diſputandi ratio ab annis aliquot in ſcholas invaſit & quandam quaſi Tyrannidem aut quæ Tyrannide pejor Anarchiam duxit *Conſultiſ. Dn. D.*

*Meier*

*Meier in tomo poſt. Coll. Argentor. in præfat. ad lector.*

14. Cuius porro judicium de quæſtionariis graviſſimum ſubnectamus: proverbio dicitur, *inquit*, è ſquilla roſam non naſci. Credant mihi velim omnes Juris ſtudioſi ex quæſtionario & obſtationario diſcipulo eadem ratione non poſſe naſci verum ICtum; ſed ſi quid inde exiſtat abortum potius fore ICti & mendicabilum Juris, quod ob certi juris ignorantiam per indices variorum authorum quæſtioni oblatæ cuicunque illi etiam de qua ex jure dubitare nefas eſſet, accommodatas commendicet regulas. Quod verò oſtiatim mendicantibus accidit ut hic quidem nihil, iſtic fruſtillum panis duri, illic mucidi aut ſimile quid accipiunt, idem fratribus iſtis mendicantibus quoq; evenire neceſſe eſt, ut alios quidem indices fruſtra pulſent, ab aliis capiant, quod parùm habeat authoritatis & virtutis, ab aliis verò quod planè improbandum &c.

15. Hi quæſtionarii & obſtationarii præterquam quod in utramq; partem ratiunculas aliquas proferre poſſint, in fundamentis & principiis Juris ſæpius hærent & aberrant. *Clariſs. Dn. Bachof. in præf. ad lector. part.* 1. *Vol.* 2. *animadverſ. in Treutl.*

16. Abuſus itaq; ſi evitatur, diſputandi mos relinquitur optimus; ſive publicè ſive privatim fiat. Publicæ diſputationes privilegio hoc gaudent quod diſputantibus excutiant pavorem, qui ſæ-

qui ſæpe linguam impedit, audaciamq; loquendi comparent: contra privatis hæc prærogativa conceſſa eſt ut liberius in veritatem inquirere, dubia urgere & defectum ſupplere liceat maximè ſi præſides ſunt idonei & digni h. e. docti & probatę eruditionis, quę cum in ſtudioſos quoque cadere poſſit, nihil video impedimenti cur diſputationes privatas habendi facultas jis etiamſi non graduatis deneganda, exceptis qui Theologiæ in qua non cuiusq; vagabunda opinatio admittenda, ſed eo ſolum quæ cum ſacris ſit conſentanea literis navant operam.

17. Dixi ut præſes ſit probatæ eruditionis, ut itaq; nulli ſtudioſorum facilè concedenda ſit facultas collegia privata inſtituendi, præterquā de cuius doctrina & eruditione conſtiterit profeſſoribus quod publica diſputatione habita & apud Decanum facta profeſſione & inſcriptione commodè fieri poteſt.

18. In hiſce diſputationibus maximè privatis ſæpè peccatur, contra legitimum diſputationis uſum, huic ut prævideatur conſcribuntur leges quædam expreſsè in quas conſentiant collegæ, eaſdemque propriâ manu & nominis ſubſcriptione confirment. Iſtiuſmodi leges libero conſenſu ab omnibus factas & approbatas quin condendi poteſtas ſit collegio non dubitaverim. Etiam abſque confirmatione Rectoris modò quod præſupponimus collegium ſit licitum, inque huiuſmodi ſtatutis nihil contra leges Academi-

cademicas contineatur & omnia directa ſint ad utilitatem diſcentium.

19. Exercitium Oratorium quod attinet & hoc locum inter ea quæ laudis & utilitatis nomen merentur, invenit, quantum enim inde ſtudioſi reportarent commodi, ſi talia exercitia ab eiuſmodi Magiſtro inſtituerentur, qui Oratoriæ artis eſſet gnarus, facundus, in monſtrandis geſtibus corrigendisq; pronunciationis vitioſitatibus fidelis ſatis oſtendunt ji qui ob facundiam ſuam ſummo in honore non ſolum apud privatos ſed etiam magnates exiſtunt, officioq; conſiliariorum laudatiſſimè funguntur. Ut ſilentio involvam quantum hoc exercitium ei qui in ſuggeſto cõcionem, in judicio ſupplicationem, vel aliquid aliud proponere neceſſe habet, prodeſſe queat.

20. Et hanc ipſam ob cauſam & ſi vernacula lingua utantur huiuſmodi exercitij amatores minimè peccari arbitror, nihili faciens ludirectores, quibus pro ſceptro virga, dum nihil niſi latinâ lingua ſtyloq; Ciceroniano eloboratum doctum, doctiſq; convenire putent, noſtramq; linguam Germanicam, quam tanquam Germani excolere cultioremq; reliquis, poſſidere deberemus, caſtris Muſarum exulare cupiant.

SECTIO

# SECTIO V.

## DE PEREGRINATIONE ACADEMICORUM.

1. ANimi exercitiis accedit & Peregrinatio, quæ reverâ eſt inſtrumentum uſui rerum & prudentiæ. *Lipſ. cent. miſcell. epl.* 88. nam ut herbas & fructus naturæ deliquio ſerotinas, procurato calore præcoces reddimus: ita mentem licet opportuna peregrinatione. *Eryc. Putean orat.* 9. & ut pueruli, cùm è luce in tenebras transferuntur, horrent; ſic alieno Lare quærit ſe animus, & curâ ac circumſpectione contrahitur, contrà, ſi domi in ignaviam ſe libertas vernacula ſolvit, & pueriles ineptias reliqua ætas recipit, ne in ſenectute quidem eluendas. Sic quidem videri poſſint, quæ vitæ vota, ubi nati, ſepeliunt, teſtudines eſſe imò pueri in omni ætate; cumq; nimium deſidet ditioris indolis vigor, in ſinu materno contabeſcit. Peregrinatione autem deletur parentum indulgentia, ut à pueritia juventutis ille Genius diſcernatur. Alios annos alii mores decent, & alios mores alii anni docent Semper ille puer qui domi eſt, qui extra paterni agelli ambitum ſolem non vidit. Idem ibidem.

2. Illum autem corporis tranſitum, quo hodiè nil communius, in ſtudioſo non probamus. Nam

Nam vagari luſtrare, diſcurrere quivis poteſt, pauci indagare diſcere, id eſt verè peregrinari. *Lipſ.cent.*1.*epiſt.*22. Nec ſatis eſt regiones vidiſſe, ut plerique faciunt, qui nihil niſi caſtella, ſepulcra, aliaque ludicra intuentia; verum neceſſarium eſt ſtatum uniuscuiuſque, Reip. officium, modum vivendi, leges, mores, naturas populorum, quàm diligentiſſimè perſpexiſſe, in quo vera prudentia Dux ut lux vitæ humanæ conſiſtit. *Iul.Bell.lib.*1.*in Herm.polit.Dn.Gruber.amicus meus inter primos diſcurſ. hiſtorico-pol. de peregrin.ſtudioſ. poſit.*66. *& ſeqq. quem omninò vide, cùm multum in hac materiâ præſtiterit.*

3. Ja es iſt nicht damit außgerichtet / wann man einen fraget / biſtu in der Statt geweſen: Ja ich bin da geweſen / Es hat allda ein hohen Thurn / vier Kirchen vnd ſieben Thor / es iſt nicht genug / das Geld iſt noch nicht recht angelegt. Sed conſideranda etiam eſt forma Reip. cuiuſque loci. Wie gehet es da zu / nemen die Juriſten auch Geſchenck / gůldene Becher / ꝛc. vnd biegen eine Sach wie ſie wollen / ꝛc. ſind da auch Schuſter vnd Becker im Rath. *Scherb.in comment.ad pol.Ariſt. lib.*1.*p.*18. Hos deplorat. *Lipſ.cent.*1. *epiſt.*12. hoc ſimili: Ut coronarij belliſſimas ſaltem herbas floreſq; ſtuppis aut coronis innectunt, ſalubrium nullâ curâ: Ita multi, non tam cum fructu, quàm cum voluptate peregrinantur, plura ad aſpectum, quàm ad ſalutem referentes,

4. Ut omnis veræ & fructuoſæ peregrinationis, tria ſunt commoda, ita etiam totidem reperiuntur onera: Commoda deſcribit *Bonajut. Lorinus* von der Fortification. *libr. 6. cap. 1.*

Alle Frewd vnd Ergetzligkeit / ſo die haben mögen/ ſo ſich vnterſtehen frembde Länder zu durchreiſen vnd zu beſichtigen / beſtehet in dieſen dreyen ſtücken: Erſtlich in Betrachtung deren Bequemligkeiten ſo die Natur gewürcket: Zum andern in Erwegung deſſen ſo von Menſchen Händen vnd Verſtand darbey verrichtet / vnnd endlich welches ich wol für das fürnembſte halt / daß man mit einem oder mehr guten Freunden conferiren vnnd ſich bereden kan.

5. Succedunt onera, quæ quantum fieri poteſt evitanda, at vix præter primum ſunt evitabilia.

Primum onus & incommodum eſt, quòd plerique ante juſtam præparationem rebusque neceſſariis (*quas collegit Daniel Gruberus d. diſcurſ. â θ.23. uſq; ad θ.38.*) non inſtructi ſatis peregrinationes ſuſcipiant, cum maximo demum malo. Quemadmodum enim nemo credit artis medicæ peritum eſſe eum, qui herbarum cognitionem nullam habet, aut inſignem architectũ, qui ſtatuam Doricam aut Corinthiacam diſcernere nequit: ſic nec ille cenſetur tempus operasque ſuas bene collocâſſe, quas peregrinando inſumpſit, qui ea prius noſſe debebat peregrinatione

tione ſua non adjuvit & auxit. *Hieron. Turlerus lib.7.de peregr.*

6. Alterum onus conſiſtit in plusquàm judaicâ penſione, in der vnmenſchlich vnd vbergroſſen Schinderey deß auffwechſels der Pfefferſäck / vnd mercatorum, qui ſine fraude & mendacio miracula. *Demoſth. in orat. pro Phorm.* & in immodicâ illa monetæ augmentatione, der gantz vnerbaren Finantzerey vnd Geldhandthierung/quam etiam ſoli libidini avaritiæque mercatorum acceptam ferimus. *Cothman.conſ.36. num.8.Volum.1.Dan.Mollerus ad conſt.ſex.p.2. conſt.28.num.2.Car. Molin.tr.de mat. mon.q. 110.num.109. Pruckhman conſil.12. num. 1. Volum.2.*

Aber bey den Münch ſoll man lehren/
Wie ſich die Welt thut verkehren.

Hos verſus ſe legiſſe ſcribit *Nathan. Chytr. in delit.itin.Europ.p.350.* Luneburgi in cratere aureo variis nummis diverſis temporibus cuſis conſpicuo, quorum ultimus ex cupro erat. Huic graſſanti & ſerpenti malo remedium aliquod invenire laborârunt nuper Civitates Imperiales auff dem Probationtag zu Augſpurg: uti videre auß der Statt Straßburg/ den 25. Maij/ vnd Franckfurt am Mayn / den Sontag Letare 26. Maij promulgirten proviſional Müntz edicten.

7. Tertium onus eſt in varietate ſubeundorum periculorũ & diſpendiorũ, tum in ipſo itinere.

nere, tum in commoratione, quæque & corpus & animum haud raro tangunt.

Dann wer jetzt wancket in der Welt/
 Vnd weit ziehen muß vber Feldt.
Vnd weiß ſich nicht mit mancher liſt/
 Zu ſchicken/wie gelegnheit iſt.
Der kommet in bſchwerliche noth/
 Wird beraubt oder gſchlagen todt.
Autor deß Froſchmeußlers.

Huc refer breve monitum, ex Alexandr. de Pont-aymery de la Nobleſſe Françoiſe, magni & candidi judicij viro, Laurentio von Wenſin Italiam petituro, â Georg. Rölderer von Höch datum *apud Lanſ. in orat. contr. Ital. p.* 804. In Italiam proficiſcimur & incredibilibus ſumptibus comparamus nobis ſolummodò umbram alicuius civilitatis; ſed nobiſcum ſimul domum portamus immanem & integram vitiorum alienigenarum maſſam. Mediolanenſes inſtruunt in fraudibus: Bononienſes docent mendacia: Veneti nos faciunt hypocritas: Romani nos demergunt in Oceanum Atheiſmi atque impietatis: Neapolitani nos transformant in Satyros ſive potius mutant in latrinam & cloacam omnis laſciviæ, luxuriæ & libidinis. Oblitus eram Florentinorum, qui ſunt bonorum morum jurati hoſtes: Hæc Germani diverbio profeſerunt:

Wandert nach Rom ein frommer Mann/
 So kompt er wider ein Nequam.

Gallicum

*Gallicum ſic ſonat:*

Bon cheual ny meſchant homme
N'amende d'aller a Rome.

Sed cave ſemper dixeris.

8. Utinam nos Germani, (Regis Perſarum exemplo, qui olim, iter rutum Ecbaranam facturus, neceſſe habuit, triduo ante venatores ſcorpionum emittere, maximis muneribus ei, qui plures ceperat, propoſitis: *Zuing. method. apod. lib.* 1. *c.* 4.) quando in Italiam proficiſcimur, utinam venatores poſſemus præmittere, qui nequitiæ, voluptatum, fraudum & impietatis ſcorpiones pellendo aut perdendo, itinera redderent tutiora. *Lanſ. d. orat. p.* 725.

9. Verùm quò graviora nobis imminent pericula, eò cautiores magis, imò plus quàm cautiſſimos nos geramus, nec ſtatim cum *Domino Beſoldo de conſ. pol. ax.* 411. *& ſeqq.* (qui forſan hoc fine, ne quid ſuam cõtra perſonam ſcribere videatur,) exoticas peregrinationes improbemus omnes, nec Monſieur de la Nove Gallis germanicam peregrinationem, ob morum ruſticitatem, diſc. 5. prohibenti ſubſcribamus; Maneat ille Gallus Gallinaceus ſuo in tuguriolo, & patriam levitatem retineat, nobis graves & ſinceros linquens mores. Jis tamen ſemper adſtipulamur germaniæ, qui luſtrationem reliquis anteponunt, magis autem quando utramq; coniungunt cum fructu. *Vide Lanſ. in conſult. & Chokier lib.* 2. *aphor. c.* 21. *Kirchn. orat.* 16. *& alios.*

Sed potius; Quemadmodum quidam fluvij per medios lacus erumpunt, ut illis non miſceantur, ſed jidem eadem aquarum magnitudine poſt multa paſſuum millia exeunt, qua fuerunt invecti; ita ſi in vitioſam inciderimus civitatem, ſic ad tempus utamur hoſpitio, ut jidem exeamus qui venerimus. Plutarch. non araneas ſed apes æmulantes: nam *Eccleſiaſt. cap.* 39. v. 5. dicit: In terram alienarum gentium pertranſiet; bona enim & mala in omnibus tentabit.

10. Præter Methodum apodemicam Loyſi, Theod. Zuingeri, Julij Belli Hermet. polit. Neugebaur, Pirckheimerum, Turler. Forcianas quæſtiones. Fr. Patrit. Chokier, D. Joh. Henners politiſchen Diſcurs, Sagittarium. Dn. Gruberum, & Tit. Pomp. Attic. de tranq. vitæ eruditi. p. 33. pereleganter deſcribit ſtudioſorum peregrinationem seqq. rythmis. Autor deß Froſchmeuslers lib. 2. c. 2.

Endlich reyſet er durch viel Landt/
Macht ſich den Gelehrten bekandt.
Forſchet der Völcker recht vnd weiß/
Beſah auch die Feſtung mit fleiß.
Fragt/was jhr macht vnd nahrung wer/
Woher jhr fried käm/vnd beſchwer.
Wie man in Noth vnd Kriegen thet/
Das man Speiß/Geld vnd Beyſtand het.
Er vbt auch ſelbſt ſein eigen Leib/
Daß er nicht zart vnd müſſig bleib.

Sondern

Sondern mangel vnd wetter kondte tragen/
 Vnd ſich mit ſeinen Feinden ſchlagen.
Darumb reyſet er Tag vnd Nacht/
 Vnd weder Lentz noch Winter acht.
Durch Blitz vnd Donner/Schne vnd Regen/
 Lag im Feld vnd Wald vnterwegen.
Entlieff den Hunden mit Gefahr/
 Ließ jhn bißweiln im Maul ſein Haar.
Lid hungr vnd durſt/tranck Waſſr/ aß Brot/
 Vnd verzaget in keiner Noth.
Er facht/ er ſprang/ er fuhr/ er ritt/
 Er zog auch in den Lermen mit.
Vnd hielt ſich als ein dapffer Held/
 Da die Kannin lagen zu Feld/
Ein erſchreckliche Schlacht erregten/
 Die Wieſel vnd Maulwürff erlegten.
Verdient allda ein gute Stewr/
 Verſucht allerley Abenthewr.

# PARTITIO III.

quâ

## AGITVR DE EXERCITIIS *corporis, & quidem utriusq; temporis, pacis & belli.*

## *SECTIO I.*

de

### Exercitijs pacis & belli in genere.

*Numer. I.*

ABſolutis Exercitiis animi ſequuntur exercitia coporis; quæ numero plurima & genere varia, ita ut diverſis quoque competant naturis & qualitatibus, juxta illud *Thom. Mori. lib. 2. de opt. Reip. ſtatu p.* 142. ad quā quiſque à natura diſpoſitus eſt eam diſcat artem, exemplo Apollonij Alabandenſis, magni illius Doctoris, quem tantoperè Græci laudarunt, qui diſcipulos ad eas artes dimittebat, ad quas magis à natura deditos eſſe cernebat: ita quod dignum judicabit exercitiū, in eo ſe exerceat, *V. Schönb. lib. 2. pol. c. 28. p.* 166.

2. Hoc numero peccare multos videmus: ut primò Theologiæ ſtudioſi qui pro gladio ſpiri-

 tuali

ſpirituali haud rarò aſſumunt ſeculare: Juris & Medicinæ, quando ſe concionando exercere non verentur, Philoſophiæ quando in alienam meſſem falcem mittant. Cum enim divinitus per ſuos parentes & fautores ad hanc vel illam profeſſionem vocati à natura etiam ad eam diſpoſiti videntur; & ſic ſuos maneant intra terminos: piorum vero parentum officium eſt Italos ſequi, qui ſingulorum vitæ actionem inſtituendam ex indole & innato ingenio dijudicant, ſecundumque id etiam inſtituunt, & non niſi unico inſiſtunt ſtudio juxta Senecæ præceptum, qui hominem unum agere, magnum ſcribit. Nec variis & diverſimodis ſedent Academici, ne in eos dici queat. In omnibus aliquid, in toto nihil. Verum quia hæc, de quibus loquimur, exercitia ſtudia ſunt parerga, Academicus etiam παρέργως aliquot addiſcere poteſt præter principalia, dummodo id naturæ & conditionis aptitudo, ſingula quæ promovet, patitur. Nam ſi claudus ſe ſaltando, hebes pingendo, debilioris naturæ bellica ſtudia tractando ſe exerceret, quis eſt qui non videat illum naturam velle cogere, & inconvenientia tractare? In ſumma, naturæ & conditionis aptitudo ſingula promovet ſtudia, cunctas regit actiones, aut certè debet.

3. Dividuntur autem potiſſimum duplici ex tempore pacis & belli, cuius notitiam cùm Imper. in proœm. Inſtit. in Cæſaria requirat Maje-

ſtate, non incongruè etiam à Majeſtatis adminiſtris, ſcilicet ſtudioſis, quorum operæ Reſpub. contreduntur utplurimum, exigetur. Quam ſuavis autem harmonia & harmonica ſuavitas ſit, ad utrumque paratum præſtò eſſe, armis & literis pugnare arte & Marte concertare! *Inde Rollenhag. emblem.* 68.

*Sunt duo qui faciunt ut Rex in honore ſit ARS MARS,*
*Gloria ab ARTE venit gloria MARTE venit.*

Imò ipſe quoque innuit Imper. *dict. loc.* legum proprium armis, armorum verò legibus tribuendo, ſummo gladio leges conſervantur, legibus gladij furor temperatur; arma deſiderantur, ut pax & leges confirmentur, leges ut bellum præcaveatur & pax conſervetur: *uti canit Rollenhag. emblem.* 3.

*LEX Regit & hoſtes contra Ducis arma tuentur,*
*Hunc populum legis, qui ſacra juſſa facit.*

4. Imò Minerva licet ſtudioſorum patrona, galeata tamen & haſtam manibus ferens, ſimul cum Gorgonis clypeo, pingitur; non alio certè ſenſu (ut mea quidem fert opinio) quàm quod acrioribus ingeniis ſcientiarum amor & inveſtigandi ſtudium quodammodo annatum ſit.

*Præſidet ingeniis Pallas quæ præſidet armis,*
*Cumq́ hasta clypeum docta Minerva gerit.*
*Hincq́ neges non eſt tam jus tueantur & arma*
*Nec ſint à doctis hæc aliena viris.*

Hinc armorum quoque ſtudium (quibus de ſpeciatim infra) mediocritatem ſi non excedat, inter ſcholaſtica exercitia non inconcinnè numeranda eſſe putamus.

5. Id quod ſatis dilucidè oſtendere poteſt virtus bellica præ aliis in ſtudioſis clara, nec certè aliunde, quam corporis & armorum crebriori ab exercitio promanans (hinc enim & exercitus dicitur) ſicut eam expertæ jam ſunt aliquot Europæ Academiæ, ſi unius Lovanij à ſtudioſis conſervati exemplum non ſufficit, in quibus ſtudioſi fortiſſimè ſe geſſerunt; Ut aliquot ante annos hominum memoriam vix excedentes Vienna à Turcarum Imper. graviter obſeſſa, ſtudioſorum fortitudine liberata fuerit, quibus omnes eos hiſtoriæ ſcriptores plurimum tribuunt: in eadem Vienna ad defenſionem urbis contra Bohemos acies nuper fuit inſtructa, ut docuerunt nova; Oppugnatio Sabaudica de ſtudioſorum animoſitate & in bellis gerendis felicitate & fide gloriatur, cum Duce quodam fortiſſimo Dn, R. in G. & P. ſuperiori in Germania

mania degente, qui faſſus eſt, ſe tot in bellis, in quibus ordines duxerit, milites animoſiores & alacriores ſub ſignis non duxiſſe, quam bonarum literarum ſtudioſos. *M. Wolffg. Heid. in orat. 2. de Vulpec. ſcholaſt. p. 54.* Nonne ſtudioſorum Germanorum virtute Hugo Donellus in Pariſienſi laniena è Sicariorum truculenta manu ereptus fuit?

6. Hinc mirum, quod autor, der wunderbahr heimlichen Offenbarung vnd colloquij vom jetzigen Zuſtand in Oeſterreich interlocutore Pallade p. 15. Studioſis omnem bellandi aptitudinem & vim, quâdam etiam cum impudentia adimat: Huic reſpondet Ionas Hieblen von Dipparts in Pfaffanaliis oder Bapſt mit den Degen/ circa finem his verbis: Jn dieſem Diſcurs erſcheinet eine ehrenrürige Feder (ſo viel Studenten belanget) in dem ſie der Author vnpolitiſcher weiß ich weiß nicht was vergleicht/ da er doch ſelbſten vor deſſen hat ſtudieren wollen/ aber wegen ſeines vnrichtigen Kopffs jhm nicht ſo gut hat werden können/ daß er ein Student were worden. Das verdreuſt den guten Kerl/ drumb meinet er ein groß Werck zuverrichten mit dieſem ſeinen albern vnzüchtigen Auffzug. Verſtändige Leut verſtehen wol/ was Studenten ſein/ vnd muß der Studenten Feind noch zum Sewtrutz diß Liedlein von Studenten hören/ welches rechtſchaffene Soldaten ſelbſt ſingen:

Von Gott jhr Vrſprung rühret her/
Der giebet jhnen dieſe Ehr.
Wers von eim Bawr herkommen/
So het auß ſtoltz/ das grobe Holtz/
Solch lengſt wider genommen.

Wenn es zum treffen kommen ſolt/ es würden ſich die Virtutes der Studioſorum wol an Tag geben. Es were dann/ das gemelter obiger Autor ſeine infinitam locutionem reſtringirt haben wolt auff die Papiſtiſche Studenten / welche auß vielen faſten abmacerirn vnnd außmatten/ daß ſie zum Krieg nicht allerdings tüchtig.

7. Hoc cum ita ſit, & multi relictis Muſis Bellonæ in caſtra quam laudatiſſimè ſecedant, non quidem ut profugi, ſed tanquam exploratores boni: & non infrequenter patriam, ſuosq; contra hoſtis excurſiones & irruptiones defendere cogantur, nemo non experitur, quantum his proſit armorum congrua tractatio, & exercitiorum bellicorum apta cognitio. *Ioh. Limnæus in diſſ. de Academ. th.* 11. *lit. c.* In bellis enim qui inſtructus prius & paratus prodit, magnas hoſti commoditates eripit, & metum iniicit.

8. Hinc non eſt mirum quod Turcæ nobis in prælio ſint ſuperiores, cum illi ſint exercitatiſſimi à teneris; noſtri vero milites collecti vel ex culina vel popina, vel illi qui aufugerunt in militiam ad devitandam pœnam publicam à magiſtratu ipſis impoſitam, qui ideo nihil penſi habent

bent ſive vincant ſive vincantur. *Keckerm. lib. 2. pol. c. 9. p. 197.*

9. Adde etiam argumentum à contrario ſenſu, ſi enim præclari militiæ Duces ad pacatam quoque Remp. adminiſtrandam non erunt inepti, quod eleganter demonſtrat *Clar. & Excell. Dominus Bernegg. in faſcic. 1. ad Agricol. Tacit. quæſtion. 11. & Virdung. in comment. ad eund. c. 20. p. 219.* certè togati ſagam benè ſument. *& Vulcat. Gallicarum in Avid. Caſ.* Miſerum eſt, exerceri athletas, venatores & gladiatores, milites autem non, quibus minor futurus eſſet labor, ſi conſuetus eſſet, imo & felicior. Huc etiam pertinent verba *Ioh. à Chock. in not. ad c. 10.* Onoſanter Strategico, inquientis: vovendum quidem eſt, ſi non ſperandum noſtris Ducibus, exercitationum uſus ut recipiatur. Reciperent tamen, ſi quæ neglectu eius damna ſibi adſciſcant, ſeriò cogitarent. Animos enim ſubitò ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione diſponunt. *Caſſiod. lib. 1. epiſt. 39.* Imitemur itaque veteres Impp. quorum exercitia, ſi pugnas, ſive ſanguine, pugnas, exercitia, cum ſanguine dixerim cum *Ioſeph. libr. 3. de excid. Hieroſolym.* haud errare me puto. vide in hanc rem *Auguſt. Viſcher. de duello proviſo p. 435. & Lipſ. in pol.*

10. Ita tamen inſtituenda Academicis erunt eiuſmodi exercitia ut in bello non modò

utilia verum etiam per quam neceſſaria, in pace verò jucunda, pulchra, jocoſa, amica & conducibilia eſſe poſſint.

II. *Sunt autem illa exercitia vel utriusq; temporis pacis ſcil. & belli*, & quoddam horum potius bello aperto, aliud duello competit: Pleraque hæc videtur collegiſſe *Wolframus Eſchilbach part.* II. deß Heldenbuchs/ quæ de Wolfdieterico inſcribitur his verbis.

Man lehrt die Jüngelinge/
Gar mannig Ritterſpiel/
Schirmen vnd öch ſpringen/
Vnd ſchüſſen zu dem Ziel.
Fechten öch mit witzen/
Vnd ſchiten wol den Schafft
Vf Säteln wol ſitzen
Deß würden ſie dick ſieghafft.
Vnd ſie worden öch gelehrt/
Ihr Schilte recht tragen/
Ihr Mannheit ſich öch mehrt/
Als wir das hörten ſagen/
Wo man nicht wolt erwinden
Das man zu ſtreit ſolt ſtahn/
Ihr Helm rechte binden/
Lehrt man die jungen Mann/
Man lehrt auch wie ſie ſolten
Werffen einen Stein/
Deß handt ſie nie entgolten
Ihr Krafft die war nit klein/ ꝛc.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/160 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Vel ſunt uni tantum tempori accommodata.

# SECTIO II.

## DE EQUITATIONE.

1. INter ea quæ utriuſq; temporis, Primum jure eſt Equitatio, etiam ipſius Sereniſſimi Regis Angliæ Iacobi I. in regia *inſtit. lib. 3. p. 188.* authoritate, *ex Xenoph. in Cyr. & Iſocr. in jug. graviter dicentis*, Laudabilia quidē hæc fuerunt ſed majore honore digna ſunt illa, quę non niſi equo conſcenſo monſtrari poſſunt; neq; quicquam eſt quod Principem magis vel deceat vel condecoret, quam ſi artem equeſtrem optimè norit: imò nihil tam probè diſcunt Principes, juxta Carneadis vocem, quàm equitare, ſiquidem omnes reliqui latus PP. qui ſequuntur adulari poſſunt, ſolus autem equus ſeſſorem, Princeps ſit, an privatus, nihil moratur, ſed tergo eum excutit, quicunq; equitare neſcit. *Plut. de dignoſcend. adulator.*

2. Præterea qui ineptè & indecorè equo inſidet, inutilis inprimis ad pugnam & omnes bellicas actiones habetur. Non enim adverſarii ictum ſuſtinere aut cavere poteſt, non haſtam ſuam dirigere, non eam ulna aut cubito compreſſo ſtringere, non equum huc illuc flectere, non ex eo jaculari, non arcum tendere, aut quippiam utiliter aut decorè agere, ſed parvo

ictu minimaq; ſuccuſſione excutitur, adeo ut ab omni equeſtri militia extrudendus ſit, præſertim noſtris temporibus, quibus maxima ex parte equeſtri pugna decernitur, *Franc. Patrit. lib. 3. de Regn. & Regis inſtit. tit. 2. p. 152.* imò nec foſſas valet tranſilire haſtilibus ludis & torneamentis haſtam vibrare, velitationibus ſocios ceu hoſtes ex inſidiis aptè adoriri & mox regredi ad turmas gravioris armaturæ, utpote quibus interpoſitis latere tecto ab hoſtibus eſſe poſſit. *Chock. d. l.*

3. Et quod maius non tantum in ipſa pugna equitatio confert, quoties in acie, ordineque certandum; ſed tum maximè, cum acies diſſolvuntur, & ſingulari certamine oportet vel inſequi repugnantem, vel invadentem repellere, Ploto in Laches. Multos enim legimus vel equi lapſu, vel imperitia illius flectendi, incitandi, aut retinendi captos cæſosve ab hoſtibus, aut periditatos, ut Septim. Severum Imper. Roman. qui in gravi pugna illa cum Albino Tyranno equo lapſus vix fuit ex hoſtium manibus liberatus, *uti refert Foxius lib. 1. de Regn. & Reg. qui ſuppreſſo per fraudem typographi nomine diſſertat. Amirati in Tacitum eſt annexus, p. 17.*

4 Econtra gnarus hujus artis quēvis facilius ſuperabit, ictuſq; excipiet varios. Ut autem eius uſus in bellis eſt utiliſſimus, ita in pace jucundiſſimus & elegans, Nam ſi verum fateri volumus inquit

inquit Anton. de Guevara *in horolog. PP. lib. 2. c. 37. n. 403.* ad defendendam potius Remp. inventus eſt ordo equeſtris, quàm ut domi agat & juridicundo præſit; glorioſius enim videtur equiti forti armis eſſe onuſtum ad reprimẽdos hoſtes, quam libris ſtipatum ad dijudicandas controverſias; quorſum etiam alludit *Fox. d. l* dicens: Iis rebus commodior equitandi ratio ineſt, quod juvenes ad bellum quodammodo inſtruant, quam ſi, quod aliqui faciunt, in gyrum equus agatur, doceaturvè inſilire, ad ſonum aliquem ſeſe erigere, pedibusvè duob. inſiſtere: ne quod Sybaritis contigit aliquando, principi eveniat. Qui cum, ut erant voluptati dediti, equos etiam ad Muſicum ſonum flectere ac ſaltare aſſuefacerent, eſſentq; cum Crotoniatis depugnaturi: hi adhibitis Muſicis ita edoctos equos excitaverunt ut inutiles conferendo prælio eſſent, itaq; levi negotio ſuperarentur.

5. Verum hos authores ita intelligo, neceſſariam quidem & conducibilem maximè eſſe hanc peritiam in caſtris, in pace autem non minus elegantem & decorem dummodo juventus his non totum ſe dedat quaſi deliciis, & bellicos fugiat ſudores; alias non minore laude dignum puto gyros agere in equo, exercitationem laborioſam quidem & difficilem, ſed levitatis ſummæ in homine & dexteritatis effectricem præter omnes alias, quæ levitas, ſi conjuncta cum venuſtate eſt, ſuper utilitatem quam affert, ſpecta-

ſpectaculum præbet mea opinione pulchrius, quàm ulla de exercitationibus cæteris, *Baldeſ. Caſtil. de aulico lib. 1. p. 36.* ſiquidem publicas ad pompas, quæ in Principum aula quotidiè ædun-tur, multum & gratiæ & decori venuſta & expedita equitatio addit, qualis in haſtiludiis, conflictu Cataphractorum equitum, atq; Trajano ludo eſt, *Fox. d. l.*

6. Præſertim autem cum quis venuſtè, apte & decorè equum ſciat aſcendere, deſcendere, inſilire (quod docet das Voltesieren) incitare, movere, agitare, flectere, retinere, gyrare, habenis uti, hærere firmiter; tum freni, ac ephippiorum, ſtapedarum, totius denique rei equeſtris rationem atque uſum teneat; quos actus deſcribit eleganter Auth. deß Froſchmeuslers *lib. 1. cap. 19.* ubi equus mundi curſum deplorat, his rythmis.

Inſonderheit ich armer Held
Ich ward für alle Pferd erwehlt/
Vnd dem Marſtaller vntergeben/
Der ſolt mich vnterrichten eben/
Das ich lernt traben/ wenden/ ſtützen/
Springen/lauffen/die Feinde trutzen
Ja vber ſchlagbäum/Graben/Mauren/
Satzt ich hinůber ohne trawren
Vberlieff auch all meine Geſellen/
Kőnt im ſtechen Roß vnd Mann fellen/
Ich war im Krieg auch vnverzagt
Ob man gleich flog oder nachjagt/

Mein

Mein Junckern wolt ich nit verlaſſen
Führt jhn ohn ſchaden alle ſtraſſen
Wie Bucephal den Alexander
Vnd mir nachgethan hat kein ander.

7. Poſtremò ingenia, præſtantiam aut vitia equorum certis ex ſignis quæ multa & aperta ſunt, noſcat, quæ pleraq; cum praxi haurire licet auß dem Kunſtreichen bericht / wie die Pferd zum ernſt vnnd Ritterlicher kurtzweil geſchickt zu machen / Friederich Griſonis durch Johan. Fayſer von Arnſtein in Druck gegeben / Hippiatriâ Mang Seuters / Marci Fuggeri Roßzucht / Hippopronia Caſpar Reuſchleins. Iohan. von Florentini von Stangen vnnd Mundſtücken. Georg Engelhards Laneyſen / von complexion vnnd Natur der Pferden. & Monſieur de la Noue.

8. Nec non ex Virgilio, qui Nobilem equũ deſcribit per argumenta quædam, ne fallatur ereptor, neque operam perdat in ignavo. *Sen. epiſt.* 95.

*Continuo pecoris generoſi pullus in arvis*
*Altius ingreditur & mollia crura reponit.*
*Primus inire viam & fluvios tentare minaces*
*Audet, & ignoto ſeſe immittere porto;*
*Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix,*
*Argutumq; caput, brevis alvus, obeſaq; terga:*
*Luxuriatq; toris animoſum pectus:* ————
——*tu,*—*ſi qua ſonum procul arma dedere,*

*Stare*

*Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,*
*Collectumq; premens volvit ſub naribus ignem.*

9. Inſuper nobilis huius exercitii utilitatem ſatis ſuperq; demonſtrant leges Illuſtr. Collegii Tübingenſis, *p.* 23. Hippodamo largientes, is ut poſſit horas Muſis debitas intercipere, cùm non quodvis tempus his exercitiis conveniat, ſed ſæpius cœli vultum reſpicere cogatur; nec non Germanorum proverbium ignorantem quod culpat: Er kan weder reden noch reiten/ ſcientem laudat, Er iſt ein Menſch der in alle Sättel gerecht iſt. Quo igitur magis humanitati ſtudere cupimus, eò magis humanum morſum fugiamus: ſcil. Das iſt ein rechter Lateiniſcher Reiter/ es ſteht jhm beſſer die Feder hinder den Ohren/ dann auff dem Hut. Quemadmodum ſe vidiſſe Cancellarium *Scherb. in pol. lib.* 7. *c.* 14. *p.* 344 *ſcribit.* Der zween neben dem Pferd muſt hergehendt haben/ damit er nit fiel.

10. Ne autem quis putet hanc equitandi rationem adultioribus potius competere, quam junioribus Academicis, audiat *ſupr. citat. Patrit.* quem omnino vide multa colligentem exempla qui ſuadet, à teneris eam eſſe percipiendam, antequam corpus obdureſcat, obſtipumve fiat dum nervi ſine rigore ſunt, & membra facile quoſcunq; uſus accipiunt. Sic enim Jul. Cæſar admodum puer equo inſidere conſuevit, quâ in re adeò agili corpore extitit, ut reflexis poſt terga ma-

ga ma-

ga manibus, equum ſaltibus curſibusq; immotus ipſe concitaret & è veſtigio habenis regeret, ſtatimq; in exiguum orbem circumflecteret, & à præcipiti curſu retineret.

II. Sic etiam Carolus Clivenſis adhuc in juventute ad arenam & equeſtre certamen ſe contulit, uti Stephan. Pighius in Hercule Prodicio *p.* 116. deſcribit his verbis: Qui tempus in urbis propugnaculis ad horam uſq; cœnæ terebant armati nonnunquam; Sed ſæpius inermes equorum decurſione in ſtadio, vel haſtarum concertatione ad annulum, vel in ligneo clypeo. Cernere jucundum ibi erat generoſi cujuſque caballi ſublimes ſaltus atque pernices in gyrum ductus, & plurimos ſcitè inſtigando, cohibendoque fatigaſſe, glorioſum equiti videbatur præſertim armato. Hæc Pighius. Equitationum Veneri obſit, vide *Heinric. Salmuth. in tit.* 10. *nov. repert. Pancirol. p.* 447. *ut & Hieron. Mercurial. lib.* 3. *de arte Gymnaſt. cap.* 9. *p.* 167.

## SECTIO III.

## DE PALÆSTRICA SEU GYMNASTICA.

I. EQuitationem excipit ars palæſtrica ſeu gymnaſtica, non minus neceſſaria, utilis & jucunda, ſtudioſæque juventuti

tuti maximè ſi ulla alia, conveniens, tum propter ſanitatem tuendam, tum etiam ob corporis defenſionem & tutelam.

2. *Eſt autem hæc Gymnaſia ſecundum Mercurialem d.l.1.c.13. & Fox.d.l.triplex 1.bellica.2. legitima ſeu media, de quâ nos potiſſimum 3. Athletica ſeu vitioſa.* Bellica, quæ dividi in quatuor partes poteſt, certe laudem magis, quam culpá meretur, ſiquidem non tam multitudo & virtus, quàm ars & exercitium ſolent præſtare victoriam. *Veget. lib.1. de re milit.c.1.* in ipſa enim ſecuritate animus ad difficilia ſe præparat & contra iniurias fortunæ, inter beneficia firmatur. Miles in media pace ſine ullo hoſte decurrit, vallum jacit & ſupervacuo labore caſſatur, ut ſufficere neceſſario poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris ante eum exerceas *Sen. epiſt* 18. & Theodoricus Rex apud Caſſiod. Diſcat miles in otio quod perficere poſſit in bello. Animos ſubito ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos exercitatione confidunt ipſâ.

3. Eiuſmodi autem ſunt inter alia; Exercitiū & luſtratio militum die Muſterung (de qua alio loco) oder das Drillen/uti vocant mit Muſqueten vnd Piquen. Hoc exercitium non tantum eſt jucundiſſimum ſed & apprimè neceſſarium, non attenta quorundam inſtantia, quâ eiuſmodi inventiones damnant & averſantur. His reſpondet *Ioh. Iac.* von Walhauſen *p.4. lib.1.* in der Kriegskunſt zu Fuß *p.49.* Ein jeder wiſſe

dieſe

dieſe antwort für ſolche grobe Eſelsköpff: das der jenige / ſo dieſe Invention practiciret vnd an Tag geben / diß eben ſo wol gewuſt / als ſolche grobe Pflugs Bengel / hat auch nicht gelehret / das man vor dem Feind ſoll ſtehen vnd drillen / ſondern das wird dardurch gemeinet / das man ſolche grobe Höltzer auff ein Hobelbanck bringe / vnnd jhn die grobe Aeſte ein wenig behoble vnd abhawe.

4. Das Lantzenbrechen / Fußturniren / *Ganzon diſc. 99. &c* adhibe das Turnierbuch qui bellica eiuſmodi, in aulis PP. quæ florent, declarat; *de his autor. delineat. Collegij Wirteberg. cupro. 12.*

*Hic pugnas Mavors agitat Cataphractus & armis,*
*Membrorum robur conſolitare docet.*
*Macte nova virtute Phalanx ſic diſcis utrinq;,*
*Vt quantam patriam Marte vel arte regas.*

5. Mit der Pique oder Räyſpieß ſpielen / hoc exercitium extra bellum plurimum facit ad membrorum agilitatem ſtudioſiſq; ornamentum affert haud exiguum, licet etiam in bello vnd im drillen ſuum habeat uſum *de quo n. 3.* Cujus præcepta vid. apud dictum von Walhauſen in ſeiner künſtlichen Piquehandlung / darin diß Exercitium gewiſen wird. Ubi etiam in præfat. Zoilos reprehendens ſo es für Gauckelfechterey vnd vnnötige Spiel halten / ex Veget. commoda illius exercitij indicat, Erſtlich das diß / ꝛc.

6. Nec

6. Nec non 4. Das Fahnenſchwingen de quo vid. Ioh. Renner/ & Sebaſt. Heußler im newen künſtlichen Fahnenbüchlein Annectere. 5. bellicæ athleticæ deberemus gladij uſum, verum in ſecunda ſpeciè ſcil. legitima, & ſerium & jocoſum conjungimus.

7. II. Legitima variat pro armorum diverſitate quam nos ad gladium vel ſolum vel adiuncto pugione aſtringimus, quamvis reliquorum uſum non denegemus, huius tamen principaliorem judicamus, eò, quia communior omniũ, & ſubtilior & alaorior, lateriq; ſtudioſorum plerumque gladius adhæreat, unde turpe, gladium portare, eum autem evaginare nõ poſſe, turpius incongruè geſtare, turpiſſimum eo uti pro corporis defenſione non valere.

8. Hic quæritur. Num Nobilibus, Doctoribus, Studioſis arma, gladios gerere de jure conceſſum? Negant id plurimi ICtorum quos recenſet *Aug. Viſcher in lib. de duello proviſo p.* 153. nec abſq; ratione: armorum enim indiſtinctâ portatione geſtationevè lites comportantur criminales, ne dicam crinales, rixæ oriũtur, maleficiis anſa datur. *Gard. tract. de mult. quæſt. de pæn. num.* 6. *Proſper. Farinac. part.* 3. *oper. criminal. lib.* 3. *q.* 108. *n.* 73. Et hoc inhibitum in Gallia, Italia, &c. At uſus ac conſuetudo in Germaniâ contrarium docet, & probat in Nobilibus, Doctoribus, &c. proindeq; ſervanda. *Nov.* 89. *c.* 15. *l.* 39. *& ſeq. ff. de LL. Henric. Bocer. claſſ.* 4.

diſſ.

*diſp.13.theſ.17.* Interim non probo pravam illam corruptelam, quâ nullo adhibito diſcrimine inter ſupremos, extremos, nobiles, ignobiles, doctores decoctores, curiales furiales, magiſtratus ſtratiotas, &c. armorum portatio permittitur.

9. Secundo quæritur, qua ætate ſtudioſi & alij Juvenes idonei videantur, qui gladios lateri appendant, de hac quæſt. *Vid. Vicher. dict. loc. pag.150. & ſeqq.* Ego ſic cenſeo idoneum eſſe ſtudioſum geſtandi gladium ex eo tempore, quo eo ſtrenuè ad corporis defenſionem uti poſſit.

10. Taceo hic maximum gladiorum ſeu ſpatharum in bellis uſum; notum enim eſt quantã Romani fiduciam poſuerint in gladiis; quam fortiter pugnarit Ludovicus IX. Rex Galliæ in conflictu illo acerrimo, quem cum Saracenis in Ægypto habuit, gladio Allmannico: Janevillaus Senechallus hiſtor. Ludov. quàm celebris & formidabilis fuerit gladius Georgij Caſtrioti, Epirotarum Principis ſive Scanderbergi à Turcis vocati, exinde patet, quod Mahometes cum videre cuperet & quidem avidè. Imo & Judas Machabæus eligendo Apollonij in prælio interfecti gladium relictis cæteris ſpoliis, huius præſtantiam probat Machab.2. & Ezech. c.12.v.16. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio. Adhibe *Dn.Bernegg.dodec.7.in Germ.Tacit.q.1.*

11. Hæc dividitur in punctam auff den Stoß/

& ſic

& fit mucronibus, cætera gladij parte, brachio elevato. Stevvechius in not ad Veget. quamvis etiam mucronibus cædamus tantum per ſectionem, non per mucronis immiſſionem vel foſſionem ſive punctionem: utra ex his præferenda controvertitur? qua de re eleganter diſcurrit *Roſella Glitzoſavorin. in diſcurſ. defenſivo jurifactitio cap.7.*

12. Nos primum quærimus: Num ſtudioſis in Academiis & exercitium gladiorum & denique duellum ſit concedendum? Exercitium quod attinet ſtudioſis non tantum optimo in omnibus Academiis permittitur conſilio propter ingens ſanitatis juvamen, corporis & membrorum agilitatem & deniq; temporis fructuoſam jacturam, verum etiam prudenter ijs ſuadetur, licet multi ſint, hoc qui improbare conantur, ex eo, quod juvenes fiant ferociores, ſcientia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam, *Veget. d. l.* & plurimi ad aliorum injuriam & læſionem utantur vnnd alſo jhr viel ſich auff das Fechten verlaſſend nur mehr Händel anfangen.

13. Atqui his reſpondemus faciles, vitia artificum malè arti aſſcribi, uti enim cæteræ artes benè agunt omnes *Scal. exerc. 326.* & in jis vitia tantum conſiderantur ex eventu *Piccolom. in procœm phil. moral. c. 2. p. 23.* Ita & præſens hæc ac tota ars eſt ad ſui defenſionem & ſalutem conſervandam; Offenſio vero & injuria eſt præter

ter illam ex eventu & ei accidit. *Glitzo ſavorin. d. diſcurſ. c.6.* Unde nemo ibit inficias; incredibilem huius artis eſſe fructum, non ſolum jocoſum exercitii ratione, ſed etiam ſerium, ſiquidem non rarò fit, ut vel à noſtri ſimilibus, præſertim in Academiis, quibus in major frequentia & ſtudioſorum numerus, vel à latronibus aliiſq; invadamur.

14. Iam defenſio eſt juris naturæ. *l. 1. § 11. Si quadrupes pauper*, quod totâ Ictorum catervâ probare haud difficile, *vide Glitz. of. de diſcur. Obrech. diſp. de defenſ. Zoanett. & Clariſſ. Dn. D. Cluten. in prælect. publ.* Illa autem ſine quali quali ſcientia paleſtricæ minus appareat tuta licet & hæc victoriam non ſemper nobis promittat, Dann offt/ wie die beſten ſchwimmer zum eheſten ertrincken/ alſo die guten Fechter am meiſten geſchlagen werden Sed potius juſta defenſionis cauſa triumphat & fortis animus plurimum quoq; juvat: cum ars illa gladiatori & militi proſit quidem aliquid, ſed animus acer & præſens, idem acutus & verſutus, invictos viros efficiat, non tamen difficilius arte conjuncta. *Cic. de orat. ad Quin. frat.* imò gladiator in arena ſæpius capit cõſilium, aliquid adverſarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipſa inclinatio corporis intuentem monet. *Sen epiſt. 22.*

18. Ut igitur omnibus promiſcuè hominib. ita & Academicis ultio & defenſio eſt conceſſa toties, quoties ſerum quid punire judicio, perq;

magiſtratum publicè vindicari non licet. *l.1.C. quand. lic. unicuiq; ſine judice, arg. l.45. §.4. ff. ad L. Aquil. l. fin. C. in quib. cauſ in integr. reſtit. l. non eſt ſingulis d. R. I. l. nullus, de Iudæis l.4. C. ad L. Corn. de Sicar. l. un. C. ut nemo in ſua cauſ.* nunquam tamen ſine moderamine, quo obſervato, aggreſſorem noſtrum refugere non tenemur. *l.1. §. vim vi ff. de vi & vi arm. l.1. C. unde vi l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil.* quod enim quis ob tutelam ſui corporis facit id jure feciſſe exiſtimatur. *l.3. de I. & I.* cum fugere injuria ſit, *l. item labeonem §.1. de injur.* probroſumq; præſertim nobilibus, *Hippol. de Marſil. in prax. crim §. quoniam n.8.* vis etenim ſi vi repellenda, reſiſtentiâ fit hoc, non fugâ, imo|& ſæpius minus tutum.

16. Et hæc etiam videtur eſſe ratio legis pleriſq; in Academiis receptæ, quod illi, qui noctu ex ferventi irâ & repentinâ congreſſione gladiis dimicant, mitius puniantur, quàm qui manè cõſulto conſilio provocati extra portas civitatũ certant: Verum luberet hic, ſi liceret, huius in legis inquirere rationem, cum vel nulla vel certè pauciſſima dentur exempla, diurnis digladiationibus ſtudioſos periiſſe, è contra verò nocturni congreſſus, qui tum ob ſubitaneum motum, tum ob metum gravioris pœnæ frequentiores, multos (proh dolor) eosq; optimos ſuſtulerint; attamen hanc litem meam non facio, ſaltem Academiarum quarundam uſum allego, ut Al-

ut Altorph. Helmſtad. Gieſ &c. quibus in gladii traditio & leviſſima pecuniæ: taleri ſæpè imperialis, mulcta, hoc abolet delictum; Ingolſtadienſes unico thalero puniunt ſtudioſos ſi in civitate certârunt, extra portam autem pœna eſt 10. *thaler. Imperial.*

17. Procul dubio cōſiderabunt illæ, talia plerunq; ex juvenili fervore oriri peccata, quæ uti quidem non impunitati donāda ita certè nec ſeveritati tradenda, ne pro magnanimis quorumque fortitudine multi jam fuerunt ſervati, quod monſtrat *ſect.* 24. effœminatos alere, Minervamque haſtâ privare videantur, præſertim ſi cæſim feriant, quod quidem Academici ex antiquorū Gallorum imitatione faciūt ut plurimum, tum quia vitæ per hanc minus noceatur, hominem enim inprimis liberalem homini inſidiari nefas *l.3. ubi Zoanett p.1. ff. de I. & I.* tum quia cauſa nō ſemper ſubeſt juſta, quam ob aliquē punctim petere & interficere queamus, aliàs vero in terminis juſtæ defenſionis & periculi inſtantis (extra quos ſemper offenſio & vindicta, quæ omni jure inhibita. *l. nullus C. de Iud. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. 13. §. 3. de uſuf.* eſt) punctam cæſa præferrē, ſi vel officii ratio (ut ſi ſumus in expeditione) vel vitæ noſtræ periculū adverſarii delectionē ſuadeat, ut eſt *in l. 45. §. 4. l. 4. ad L. Aq. l. 1. C unde vi. l. 3. de I. & I.*

18. Præterea hæc eſt & ſecurior & fœlicior: Securior, quia puncta tecto corpore infertur & adverſarium ſauciat, antequam videatur: in

cæſa vero brachium dextrum latusq; nudatur, *Flav. Veget. lib.* 1. *cap.* 12. & ſic ibi minor ſubeſt nuditas, hic vero maior, hæc autem ubi, ibi & maius periculum. Fælicior, quia puncta cum immergatur & vitalia penetret, facilè mortalis eſt, cæſa verò, quovis impetu veniat non frequenter interficit, cum & armis vitalia defendantur & oſſibus, *Veget. d l.* ut ſic ibi facilius, quàm hic pugnæ finem ſcil. noſtri defenſionem & ſecuritatem conſequamur adverſario deleto. *GlitZoſav. d c. 7. n. 9.*

19. Nihilominus cæſa cùm tantum in Academiis frequentetur, nec tamen & in his ſemper; puncta autem extra Academias, ego autor ſim cuivis, ut non tam illam, quàm hanc addiſcat, potius enim quæ ſemper & ubivis uſui eſſe poſſunt, addiſcenda, quàm quæ quandoq; tantum. Extra Scholas ſi ſis, non amplius tuo pendet ab arbitrio, an cæſim an punctim congredi velis, imò electionem hic ridebunt aſtantes & tergiverſantem effœminatum & timidum eſſe aſſeverabunt. *Id n.* 10. Galli enim antiqui cæſim feriunt potius gladiis prælongis & ſine mucronibus: Hiſpanos verò (ut & Italos) punctim brevioribus gladiis & cum mucronibus petere ſcimus ex *Liv. lib.* 31. modos ambos conjungunt milites, nobiles aliiq; extra Academias. *n.* 3. & 4. Providendum itaq; cuilibet eſt ut præter Magiſtros manuales & præexercitatos Lipſ. (mutus enim intellige libros palæſtricos non ſufficit) eosq;

eoſq; peritos, habeat præcepta certa & vera, conformationi corporis & terminorum (ut menſurarum, temporum, motionum, pedum, collocationum, paritionum, findiren/cavirn/caminiren/ſtringirn/ paſſirn ꝛc. intelligentiæ ſtudeat, ut deniq; de ejuſmodi judicare poſſit, non jejuna, frivola, & putida, der Kirmeß vnd bratens Fechter (à quibus ſæpius ſeducimur & detinemur non levi cum temporis & ſumptuum jactura) quorũ uſus, poſtea in pugna vel nullus vel exiguus, aut non ſatis tutius, quæq; ſi legas vel audias, riſum non contineas, correſpondẽt enim hoc famoſo: Qui procul à Jove, procul à flumine, Weit davon/ iſt gut für den Schuß oder ſtoß. *Idem c. 6. n* 9. *&* 11. Adhibe præ aliis ſæpè citatum *Glitzafavorin. & Salvatoris Fabri* Italieniſche Fechtkunſt/ darinn gewieſen / wie man dieſe Kunſt auß ihren fundamenten ſchöpffen kan.

20. Hìc probè notandum Senecę præceptum *lib.* 1. *de ira c.* 11. Gladiatores ars tuetur, ira denudat. *&* 2. *c.* 14. Non eſt difficile vincere animum, cum athletæ quoq; in viliſſima ſui parte occupati, tamen ictus doloresque patiantur, ut vires cædentis exhauriant, nec cum ira ſuadet feriunt, ſed occaſio. Pyrrhum ipſum maximum Præceptorem certaminis Gymnici ſolitum, ajũt his, quos exercebat præcipere, ne iraſcerentur. Ira enim perturbat artem & quâ noceat tantum, non quâ caveat, aſpicit. *Garzon diſc.* 95. Vom Fechten vnd Ringen. *p.* 535. *&c.*

21. An vero ob honoris & famæ defenſionem licitum pugnare? *vide Glitzof.c.4.n.20. Ant. de jure prin* De Monomachiis *vide Dn. Bernegg. in dodec 2. ad Germ. Tacit. quæſt* 8. *Camerar. in horis ſucciſiv. Viſcher de duello proviſo.* & alios.

22. Tertiam ſpeciem palæſtricæ ſcil. Athleticam vitioſam dixi, ratione ſtudioſorum, quibus lucri cauſa certare, in pecunia à ſpectatoribus projectam pugnare, corpusque proſtituere certè ignominioſum ita ut per hoc & famæ & nominis opinionem abjicerent & perderent niſi indigentia pecuniæ & nummorum, quibus ad iter perficiendum inprimis longius, opus habet, neceſſitas cui lex non poſita premeretur. Hujus rei exempla memorare facillimum.

23. Reliqui vero pugiles & athletæ virtutis cauſa dicuntur pugnare, licet lucrum iis quoque accedat, & ſic permittitur illis *per l. 2. & 3. ff. de aleat. l. 3. § pen. ff. de injur.* atq; Imperatoribus ſpecialiter conceditur uti apparet auß den offentlichen Fechtſchulen & literis privilegiorum, quas quotidiè & paſſim in civitatibus Imperialibus affigi ab athletis von den Federfechtern/uti vocant, Marxbrüdern vnd Luxbrüdern/ cernimus, his verbis præmiſſis, Durch Krafft vnd Macht / Römiſcher Keyſerlicher Majeſtät gegeben freyheit.

24. De his quæritur: An pœna afficiendi, qui alterum in pugillatu necant aut vulnerant gravi-

graviter ? Quod negamus *per l. 7. §. 4. ad L. Aquil.* dummodo non dolo malo, nec proditoriè ſeu nefariè id fecerint, contraq; proteſtationes perpetrârint, quas ante initiationem actus pugillaris proponunt hoc modo: Jedoch ſoll ein jeder wiſſen / was auff dieſer meiner Fechtſchulen verbotten ſein ſoll / als Ort / Knopff / Spiz / Einlauff / Armbruch / Gemächſtoß / Augengriff / Steinwurff / vnnd alle andere vnredliche ſtück / die mancher wol zugebrauchen weiß / die ich nicht alle erzehlen kan / vnnd auch nicht gelehrnet hab / auch ſchlag mir keiner vnter noch vber die Stangen / es ſoll einem jeden Schutz vnd ſchirm gehalten werden / wie dem andern / deßgleichen will ich gebetten haben / wo jhr zween Haß vnd Neid zuſammen trügen / die wollens auff dieſer meiner Schul nicht außfechten / ſondern wo er fug vnnd recht darzu hat / ꝛc. *vide Eliam Reuſner. lib. 3. ſtratagematograph. cap. 6. p. 531.*

## SECTIO IV.

### DE USU SAGITTANDI ET Sclopetis petendi.

1. VSum ſagittandi & ſclopetis petendi haud incongruũ Academicis judicamus quod etiam Illuſt. Collegii Tubingenſis inſtitutum comprobat, uti videre eſt ex accu-

ratâ eius delineatione æri incisa *num.* 10. his verſiculis:

*Hic Brontes qui tela Iovi ſonitumq; metumq;*
*Fabricat emiſsis fulminet ære globis.*
*Collegiiq; novos Tyrones aptat adactis*
*Vt poßint ſclopos exonerare rotis.*
*& num.* II.
*Hic directa Scythes tereti bonus arte Magiſter*
*Monſtrat ad oppoſitum mittere tela ſcopum,*
*Quilibet hic velut invidiâ contendit ut arcu*
*Sit melior, jaculo certior, arte prior.*

2. De Catone legimus apud Plutarch. daß er ſeinen Sohn fürnemblich zum Schieſſen Reiten/ in der Rüſtung ſich halten/ zu Fechten/ Hitz vnd Kält zu leiden/ vber Waſſer zu ſchwimmen ſelbſt abgerichtet habe. Vide Iohan. Iac. Von Wallhauſen in ſeiner Kriegskunſt zu Fuß. Nec non moris eſt in quibuſdam Academiis, quo liberum ſtudioſis & Cervos & Lepores cunctaque volatilia, ſclopetis petere, ut Gieſſæ, inque locis quibuſdam Ienæ & Tubingæ &c. Huic exercitio adhæret omnium jucundiſſimũ, quando Academici ſe exercent cum canibus, Wann ſie mit Hunden nach Endten vnd andrem geflügel im Waſſer ſchieſſen/ ꝛc. Huc refer exercitium petendi arundine, mit dem Vogelrohr oder Palæſter ſchieſſen / quamvis in bello horum non ſit uſus. Inquire ſi placet *cap.* 75. *Sebaſtiani Brandt*, ubi imperitos Sagittarios taxat:

taxat: & Author der Vrſachen vnnd entſchuldigung warumb die Armbruſt vnnd Büchſen ſchützen nit allezeit treffen. Stephan. Schirmmeiſter in der Armbruſtſchützen practica & alios.

3. An ſtudioſo competat cum civibus oppidanis in ſuis conſuetis hebdomadariis exercitiis ad ſcopum collinari; Hic nullus dubito quin elatiores quidam inveniantur, qui per hoc ſtudioſorum authoritatem & reputationem lædi, exiſtimationique aliquid decerpi ſtatuant, Verum vix eſt ut iis adſtipuler hanc ob rationem quod non in omnibus locis Academici conſueta hebdomadaria habeant exercitia ubi ſi ſe ad bonum hoc addiſcendum civibus addiderint & quidem honeſtioribus, tantum abeſt, ut malè faciant, quin potius hoc omnimodò apprehendere debeant. Nam per ejuſmodi congreſſus cives & Academici & oppidani amicitiam colunt & iterata converſatione utrorumque mores cognoſcuntur, quibus cognitis multi illiciti actus & tumultus non rarò impedirentur, ut ita membra unius corporis ſint harmonica, & altera alteri benevolas ferat opes.

4 An rectè in Academiis permittatur ſtudioſis, ut pro lubitu in ipſa civitate per feneſtras ex ſclopetis globos vel ſine globis mittant? Id licet in quibuſdam locis: ut Helmſtadii uſitatum reperitur: verum puto illud potius ex permiſſione quam approbatione Magiſtratus Academici fieri: quæ permiſſio niſi jam

jam inveterata, ut difficulter tolli poſſit, omnino eſt improbanda, ob varia pericula quæ exinde proficiſci poſſunt. Nam taceo quod Cives Oppidani hiſce actibus contra Academicos ſæpè incitentur & ad tumultum provocentur. Ita ut caſus execrabiles & exitus lamentabiles inde profluxiſſe ſimus experti.

## SECTIO V.

### DE ARCHITECTURA IN genere.

1. INter Exercitia quæ tam pacis quàm belli tempore uſum ſuum & Commoditates recommendant ſtudioſo Academico jure ponimus Architecturam, Artelleriam, Pyrotechniam &c. quæ illi cognatæ ſunt artes. His de nunc ratione instituti tractatus ſequens inſtituendus modo ſcientiam aut uſum haberemus *Bonajuta Lorini, Iohann. Erhard de Barle-duc, Excellentiſſimi Simonis Stevini, Diegg. Vffani, Hieronymi Ruſcelli. Dn D. Iſaac Habrechti. Dn. M.* Berneggeri *fautoris mei ætatem colendi & aliorum*, qui partim ſcripta de prædictis exercitiis publica ediderunt, partim verò illorum ſcientiam exactam ſignis & exemplis illuſtriſſimis demonſtrarunt.

2. Ex prioribus in gratiam noſtrorum Academi-

demicorum, quos maximam partem, ignorare deplorandum eſt, paucula hîc referam & quidẽ ad terminorum cognitionem pertinentia, ubi ſi magis aliorum loquamur verbis, non eſt ut nos reprehendas Lector, ſiquidem non tantum conſilium noſtrum hoc expoſtulavit ſed & materiæ difficultas quæ ex raritate proficiſcitur, magis vernacula lingua, in quam ejuſmodi Autorum ſcripta translata hodie conſpiciuntur, quam Latinâ ſuperari poteſt.

3. Architectura ſive exercitum Architectonicæ eſt quo ſtudioſis Academicus ſeſe non ſolum in Ichnographia, Orthographia, Sciographia conficienda verum etiam aliis mediis & modis, ad praxin Architectonicæ addiſcendam pertinentibus exercet.

4. In hac deſcriptione quali quali obſervandum. 1. Nomen ſive verbum Architecturæ uſurpari & de ipſa ſcientia artificiosè ſtructuram faciendi, quæ propriè Architectonica appellatur & ad Matheſin ut diſciplina & pars nobiliſſima refertur. *Alſted. in method. Admirand. Mathem. lib. 9. cap. 1.* & de ipſa ſtructura vel exſtructione *Alſted. d. l. cap. 1.*

5. Nos hoc in loco, vocabulo Architecturæ utimur pro ipſa exſtructione actuali, non quidem quæ officinatoribus convenit, verum quatenus eam adhibet Ingeniarius ut finem & ſcopum attingat.

6. 2. Notandum eſt genus: Exercitium ſeu quo Academicus ſeſe exercet: quo modo ad noſtrum inſtitutum pertinet: ſcientiam enim ſive Artem Architectonicam Mathematicis declarandam committimus.

7. 3. Differentiam poſuimus in requiſitis puta in Ichnographia, Orthographia, Sciographia ſeu modello qui vel è ligno fabricatur vel è cera vel ſimili materia fingitur vel lineis & figuris pingitur *Alſtedius, d.lib* 9. c. 3. Cætera requiſita cum variantibus locorum & perſonarum conditionibus, incerta ſint, nominatim exprimi vix poterunt. Certum autem eſt multa alia & plura ad exercitium hoc præſens requiri; Nec ſufficit aream & reliquas ſtructuræ alicuius partes delineare & typo quodam exprimere: Debeti, ſeſe in hac palæſtra exerciturus, operam navare ſedulam, ut in naturam regionum inquirat, materias, quibus ædificia conſtruuntur, diſcernere diſcat ut interſit illuſtribus ſtructuris & alia omnia agat quorum uſu & notitia, in Architectura carere non poſſumus.

8. Id ut majori cum fructu ſuſcipiatur primum ſtudioſus hujus exercitii perpendat ſtracturarum finem, qui duplex, ſecundum duplicem conditionem temporis pacis & belli, illic finis ædificiorum principalis eſt, pulcritudo & habitandi commoditas, hic verò firmitas & fortificatio: quod non obſcurè etiam monet Franciſc. Mariæ Her-

Hertzog zur Vrbin in diſcurſu Militari. fol. 152. Der Baw einer Feſtung iſt weit anders als der Baw eines Pallaſts: Dann dieſer will nur richtig vnd gleich / wie auch ſchön vnd proportionirt ſein. Mit jenem aber iſt es nit alſo / dann da iſt wegen der Lage vnd Höhen vnd Nidrig n vnnd dergleichen Orter ein Vnterſcheid / die wollen an einem Ort ſtärckere vnnd mehr ſtreichen / als am andern haben / darumb können alle ſeiten nicht einerley maß vnd art haben: Vnnd wollen die Beloarden bißweilen gröſſer / zur zeiten auch kleiner ſein / nach dem ſolches die Lage vnd die Streichen leiden wollen.

9. Et experientia ipſa hoc teſtatur, unde ob hunc duplicem reſpectum Architectura alia dicitur togata, alia militaris ſive Fortificatio. De utraque ſpecie breviter quædam attingamus.

## *SECTIO VI.*

### DE ARCHITECTVRA TOGATA ſeu in ſpecie ſic dicta von der Bawkunſt.

1. ARchitectura hæc obiectum habet, ædificia, quæ finem ſuum & utilitatem potiſſimum tempore pacis commonſtrant. Sunt porrò vel publica vel privata, illa rurſus vel ſacra ſancta & religioſa Kirchen / Col-

legiä, ut vulgò vocãtur, Hoſpital/ꝛc. vel profanæ Königliche vnnd Fürſtliche Palläſt/ Schlöſſer/ Zeughäuſer/ Rahthäuſer theatra, Kauffhäuſer/ ꝛc. quorum omnes ſpecies hîc recenſere non eſt opus: ſciendum autem quod propter hanc varietatem modus huius exercitij varius exiſtat, ſiquidem ſpecialia communi & generali modulo aptari non poſſunt: Imprimis ſi quis cupit exercitiũ noſtrum cum fructu inchoare, curam habeat, ne id fiat præpoſterè, id eſt abſque præcognita Architectonica & iis requiſitis, quæ Architectonicus poſſideat. *Alſtedius in method. mirandorum Mathemat. lib. 9. c. 1.* decem poſtulata ponit.

2. 1. Ut ſit ingenio vivido & perquam acri, unde etiam nomẽ ſortitur ut dicatur Ingeniarius, Ein Ingenierer. 2. Teneat principia Geometrica, dz er ein Meiſter deß Circkuls ſey ut loquitur Iohan de Barle duc. 3. Optices non ſit ignarus. 4. Arithmeticam calleat. 5. Sit ſcrutator antiquitatũ. 6. Phyſicæ peritus. 7. Muſicæ gnarus. 8. Medicinæ cultor. 9. Juris non ignarus. 10. Aſtronomiam callens.

3. Hîc, cum eiuſmodi requirantur in Architecto, dubium occurrit, num iſte titulus Architecti competat amuſo & artium liberalium ignaro? Pro affirmativa.

4. 1. Facit, quod partes eſſentiales ſc. ſcientia & ars architectonica & eiuſdem praxis in talem cadere poſſint. Ubi autem partes eſſentiales

concur-

concurrunt, conſtituunt eſſentiam & ipſam formam Architecti.

5. 2. Propter abſentiam accidentalium eſſentiam alicuius rei non ingredientium, non deneganda qualitas formalis & ſubſtantialis utpote quę ſine ijs conſiſtere poſſit. Atqui plurima & quoad maiorem partem, ex ijs quæ ſupra inter requiſita Architecti ponuntur, ſunt ſaltem accidentalia quæ eſſentiam architecti non ingrediuntur; Ergo propter illorum denegationem, non deneganda ipſa qualitas formalis nedum titulus Architecti, ei qui eſt ignarus artium liberalium. Minorem probo. Omnis ars perfecta perfectum quoq; reddit & efficit artificem. Architectonica eſt ars perfecta, quam habere etiã Muſarum expers, poteſt, Ergo producet artificem perfectum ut ita reliqua requiſita quid informent, non inveniant. Nec obeſt, militum prodeſſe Architecto, prædictorum cognitionem habere. Reſpondetur enim, ab utilitate quæ Architecto exinde obvenire poteſt, non eſt ducenda conſequentia, ad eſſentiam affirmandam vel denegandam, Nam:

6. 3. Ab architecto ſimiliter requiritur, ut ſcientiam & notitiam artium Mechanicarum, Tabrorum, Lignariorum, Ferrariorum, Lapicidarum, &c. habeat: Ecquis verò conceſſerit facile, quod illi qui Architectonicæ peritiſſimus & aliis omnibus inſtructiſſimus, ſaltem harum artium Mechanicarum notitia caret, cõcludenter denegetur titulus Architecti?

7. 4. Poſitô & conceſsô quod prædicta poſtulata, neceſſaria ſint Architecto; tamen id non ſimpliciter intelligendum, quaſi abſoluta & perfecta omnium illorum ſcientia ſit imbutus, verùm cum hoc intellectu, quatenus ea conducunt ad Architectonicam. quod idem monet Alſtedius præ allegato loco: Neque tamen, ait, Architectus in Muſicis erit Ariſtoxenus, in pictura Apelles, in Medicina Hippocrates, in Aſtronomia Ptolomæus. Quid ergo? Non erit amuſus, non erit ageometretus non ἀνιατρολογικός. ſed ea ſciet è ſingulis artibus quæ faciunt ad Architecturæ rationem. *Iacob. Pontan. dial. Volum. 3. part. 2. tit. 1. Hactenus Alſted.*

8. 5. Exempla idem evincunt: Ingenioſiſſimos Architectos hactenus, quorum ſcripta etiamnum vigent vidimus, quos non ſchola Doctorum ſed artificum Mechanicorum produxit & formavit: pro Negativa pugnant ſequentes rationes.

9. 1. Architectonica eſt ars liberalis, quæ Muſarum ignarum ſubiectum non agnoſcit.

10. 2. Architectonica eſt pars philoſophię, qui verò naturā totius ignorat, partiū ſcire perfectè nequit. Idiota vero ignorat naturā totius: id eſt philoſophiæ; partium igitur. id eſt Geometriæ Architectonicæ, ſine qua nomen architecti nemo jure poſſidebit, naturam perfectè ſcirè non poteſt.

11. 3. Omnes philoſophiæ partes ſunt cognatæ & con-

& connexæ ita ut una abſq; reliquarum cognitione, intelligi perfectè nequit. Atqui peregrinus in caſtris Magni Apollinis, partes philoſophiæ ignorat, nullo itaque modo perfectam ſcientiam architectonicæ quæ eſt pars Philoſophiæ, ſibi vindicare non audebit.

12. 4. Accedit & hic defectus, quod illiteratus vix principia & demonſtrationes, ſine quibus totum reliquum imperfectum manet, diſcere & acquirere queat.

13. Mediam nos amplectamur opinionem ſtatuentis, eatenus Architecti nomen & titulum Illiterato attribui & concedi poſſe: 1. Si architectum intelligamus non in idea, de quo videntur loqui priores duæ contradicentes ſententiæ, ſed in tali qualitate, cuius homines induſtrioſi capaces ſunt. 2 Si illiteratus non planè eſt rudis, ſi eſt gnarus Architectonicæ à qua eſſentiam ſuam habeat, ſi eſt edoctus Geometriam Arithmeticam, & ſi phyſices & aſtronomiæ ad ſalubritatem loci Materiarumque bonitatem noſcendam, quodammodo peritus denique uſu & experientia exercitatus.

# SECTIO VII.

## DE ARCHITECTVRA MILITARI von der Fortification oder Veſtung bawen.

1. Vidimus breviter quædam de Architectura in ſpecie, aggrediamur, alteram ſpeciem de fortificatione: Hæc ars cultores in Academiis paucos habet, pauciores qui ſeſe in ea exercerent, pauciſſimos qui eam profiterentur aut ſcriptis commendarent & illuſtrarent, quod utique Conſiliarij Apollinis in tabulam defectuum Academiarum referre & notare debuiſſent.

2. Et cum ſit ars nobiliſſima deceret eos, qui virtutis, ſtudij, aut etiam familiæ & ſtemmatis ratione Nobiles videri volunt ut eam ambirent, amarent & excolerent *Bonaj. Lorin. lib.* 1. im fünfften Tagwerck *fol.* 109. von Veſtung bawen.

3. Et cum eodem, fructuum ubertate, quos ſocietas humana inde carpit & capit uberrimè, reliquis exercitijs, minime cedat imo præferri velit, dignum eſſet, ut ſtudioſi patriæ, parentes & fratres qui amarent ſuos, Eidem ſeſe manciparent, fideliſſimèque inſervirent.

4. Vi-

4. Vide omnino *Bonajut. Lorin. d. l.* von Veſtung bawen.

5. Originem artis fortificationis deducit præclarè *Bonajut. Lorin. lib. 3. cap. 1.* von Veſtung bawen.

6. Ars fortalitij eſt locum munire, ita ut hoſtis quocunque modo accedat repelli poſſit minoribus oppoſitis viribus. Die gantze Kunſt an der Befeſtigung beſtehet allein darin / daß man in der Grundlage einer Statt / Schloß / Schantz / ꝛc. ſo man beſteigen will / alle Linien dahin richte / daß auff welcher ſeiten der Feind ſein Läger ſchlagen oder den Angriff thun wolle / Ihm ſtracks vornen auff der ſeiten Widerſtand könne geſchehen. *Iohan Erhard de Barle-Duc. cap. 1. in pr. de Fortificatione. Idem in prin. lib. 1. axiomat. 1.* Alle Veſtungen / ait, werden zu dem Ende gemacht / auff daß man mit geringer / gröſſere Gewalt / mit wenig Volck einem groſſen Heer möge Widerſtand thun.

Præmiſſa definitione nunc de ſubjecto, objecto, & denique de ipſo exercitio tractandum ſupereſt.

7. Subjectum fortificatoriæ artis conſtituo ingeniariū militarem ein Kriegs Ingeniern / artificem locum muniendi ut contra hoſtis inſultus facile à defenſoribus manu teneri queat.

8. Requiſita eius reperiuntur hæc: 1. Ut ſit Architectonicæ peritiſſimus. *Vide Dan.* Speckle *par. 1. c. 1.* von Veſtungen.

9. 2. Geo-

9. 2. Geometriæ gnarus Speckle *d.l.* daß er nit allein von der Kunſt plaudere ſondern auch mit richtigen Geometricis demonſtrationibus könne beweiſen *Ioh. Erhard de Barle-duc lib.* 1. *c.* 11. *de fortificat.* daß er ein guter Geometra oder Meiſter deß Circkuls ſey. *Ioh. Erhard d.l.* daß er diſtantias oder intervalla locorum wiſſe abzumeſſen. Dieg. Vffanus ad Lector. in præfat. von der Archeley. Daß er ſich wol verſehe was das thun mit der Lage ſey/darab ſehr viel gelegen vnd doch wenig Bawmeiſter verſtehen. *Franciſc. Mar. Dux Vrbin in diſc. Milit. fol.* 152.

10. 3. Ut ſit judicio vigeſcente & dexteritate ingenij polleat, quod vult *Bonaj Lorin. lib.* 6. *c.* 5. Von Veſtung bawen. dum ſic inſit: Jch halte daß es ſey das Ampt eines guten vnd trewen Jngenirers / daß er ſeine Gedancken auff alle / ja auff vnverhoffte fäll ſchlage. Non datur ſemper ſpacium deliberatò rem perficiendam expendere & de ea diſcurrendi, plures ſtupor quã vigor animi manet hoſte oppugnationem omnibus modis acerrimè continuante & graſſante. Ut igitur Ingenianus militaris caſibus inopinatis & periculis inſtantibus abſque mora, nocibili contraveniat, inſtructus ſit expeditâ ſcientia, id eſt ut conſilium expeditiſſimum & celerrimum proferre poſſit. *Bonaj. Lorin. lib.* 6. *c.* 4. von Veſtung Baw.

11. 4. Cum theoria abſque praxi, in bello nihil conducat ſit dexter modos faciles applicationis

tionis monſtrare vel ſaltem invenire: Denn wie ein Artzt ſeine Kunſt vnd dexteritet mehr hat zubeweiſen an einem plötzlichen Zufall eines Krancken / denſelben bey Leben zuerhalten oder zum wenigſten ein zeitlang auffzuhalten: Alſo iſt es auch mit einem Ingenier beſchaffen / daß er in ſolchen (plötzlecht) Fällen nit allein mit Kunſt vnd Wiſſenſchafft / ſondern auch mit behendter application gezieret ſey / damit er die Veſtung / wann ſie ſchon auffs eüſſerſte kommen were / noch ein zeitlang auffhielte. *Bonajut. Lorin. dict. leg. cap.* 5. *in pr.*

12. 5. Sit expertus militiam & gnarus quibus inſtrumentis oppugnationes ab hoſte ſoleant fieri. *Iohan Erhard de Barle-duc libr.* 1. *in pr. axiom.* 2. *& ſeq. & lib.* 1. *c.* 11. *de fortificatione. Cui adde omnino Dan.* Speckle *Architectur.* von Veſtungen *part.* 1. *cap.* 1. *Bonajut. Lorin. libr.* 1. im fünfften Tagwerck von der *Fortificat.* oder Veſtungbaw: *& libr.* 6. *capit.* 4. *& ſeq. dict. leg.*

13. 6. Requiritur ut pictura vel lineis rem delineare queat *Bonajut. Lorin. lib.* 1. im fünfften Tagwerck *fol.* 109. von Veſtung bawen. *quem ibi vide & perpende.*

14. 7. Peritus Artelleriæ. Nervosè de hoc diſſerit *Ioh. Erhard de Barle-duc libr.* 1. *capit.* 11. *de fortificat.* Einem Ingenierer iſt von nöthen / daß er den Gewalt deß Geſchützes / die Würckung der zuſammen gerichten Batterien vnd Krafft eines

verecundiam abigamus, hoc ſi fecerimus, non video, quo jure exercitium comœdiarum à ſtudioſorum profeſſione alienum pronuncietur, cùm potius ob ſingularem utilitatem frequentandum: Per hanc enim exercitationem ita alacres reddímur, ut in plurimorum præſentiâ loqui non erubeſcamus, Magnatum non vereamur Majeſtatem, ob quam optimi ſæpè obmutuerunt Oratores, vulgi petulantis murmur deſpiciamus, humanitate & morum gravitate atque ſuavitate gratioſos populo nos exhibeamus.

7. Præterea exhibitio ludorum ad ornamentum civitatum magnopere pertinet: hinc laudatiſſimæ Reſp. non modo tolerant, ſed ſumptibus maximis adjuvant: ut Argentina præ reliquis clara, &c. & quidem ideò, cum non modo delectationem afferant civibus, ſed & uſum præbeant rebus magnis & ſeriis accommodatum: Nam, ut loquitur *Vir Clariſſ. Dn. Bernegger. in dodecad. 4. ad German. Taciti. q. 8.* mores hominum varios graphicè & ingenioſè depictos exhibent: multa, eaque præclara doctiſſimorum hominum inventa commonſtrant: ponunt ob oculos res venerandæ antiquitatis eximias atq; laudabiliter geſtas: vocis, vultusque moderationem oſtendunt: quomodo affectus movendi, & variæ paſſiones regendæ, declarant; quod etiam innuit *Seneca epiſt.* 21. Artifices ſcenici imitantur affectus, metum & trepidationem ex-

primunt, triſtitiam repræſentant, hoc judicio imitãtur verecundiam, deiiciunt enim vultum, verba ſubmittunt, figunt interdum oculos & deprimunt, ruborem ſibi exprimere non poſſunt. *& epiſt.* 122 ſcribit: mirari ſolemus ſcenæ peritos, quod in omnem ſignificationum & affectuum parata eſt illorum manus & verborum felicitatem geſtus ſequitur; ita ut præbeant deniq; famæ nominiſque acquirendi occaſionem commodiſſimam. Quid de veſtium commixtione in utrumque ſexum judicandum ſit, *Vide Tacit.* 3. *annal.* Veſtis ne ſit promiſcua viris & fœminis, quod etiam Utopienſes obſervant, alias veſtium ſimilitudinem amantes. *Thom Morus in Vtopica p.*141. At hìc exceptio quædam locum habere videtur.

*Quæſt.*

8. Genere quo orationis an ſolutæ an metricæ uti debeant perſonæ ſcenicæ? quæſtionis eſt non inutilis? Veteres tam græci, quam latini per verſus ſuas propoſuerunt fabulas, quos ſecuti & Germani, qui mos etiamnum ferè obſervatur. Verùm ſi utilitatem perpendere velimus, tum auditorum, tum eorum qui agunt putamus omninò, melius eſſe ſoluta oratione rem proponere, quam in metros & verſus redactam ſæpèque detorſam exprimere: Illi rem diſtinctius percipiunt, hi in communi converſatione, laborem ſuum uſui locare poſſunt, præ-

ſertim

ſertim ſi vernaculâ utantur linguâ. Inter veteres primas tenet Plautus & Terentius, inter recentiores, *Friſchlinus & Buchananus. Inter Germanos Iohan Saxo*, & hoc tempore Britanni, qui tum in inventionibus, tum actionibus omnes poſt ſe relinquunt: Quantam verò plauſibilem exactionem Germaniæ noſtræ imponant, uſus teſtatus, monſtrat experientia, nec non boni magiſtratus officium exigeret, hanc aliquo modo refrænare. Hic nota morem Belgarum *à Keckerm. in pol. pag.* 363. *Veritatum. adhibe Garzon. diſcurſ.* 103. & 104.

9. Accedunt his regna convivalia, ſeu convivia regalia, (eiuſmodi Marpurgi habitum eleganti carmine deſcribit Kirchner.) quæ tum in Academiis tum PP. aulis vigent: ibi ſorte perſonæ aulam conſtituentes diſtribuuntur, ſecundum quam diſtributionem & interdum peculiares quaſdam leges, quilibet tenetur eam perſonam repræſentare, cum omnibus qualitatibus, ad quam ſors ipſum evocavit, ſive ſit minoris ſive maioris conditionis: Eſt ſanè hoc exercitium utiliſſimum ad dignoſcenda varia ingenia & naturas.

*Quæſt.*

10. Hîc quærere licet: Num ſorti ſuus relinquendus curſus, an vero interdum Juvenali-

venalibus, graviores aſſignandæ perſonæ, ob eam cauſam, ut pecuniæ ampliorem ſummam exponant? Hoc licet non rarò in Academiis fiat, tamen à fine huius exercitij alienum eſſe mihi videtur, ſi quidem fortuna hic nō liberè agit, reliquiſque naturam explorandam tradit. Nec eſt quod inferant, per eiuſmodi actus juvenales corrigi, fateor, corriguntur vexatione, quæ intellectum præbet, non autem nummariâ, nam huic ſæpè confidentes ſuperbiam & faſtum ſibi aſſociant, proprium, qui aliâs corda juniorum intrat facilimè, nec animus punitur ſed loculum; Mores itaque qui vult emendare, facere id debet graviter & modeſtè, ſine omni adulatione, & quidem primò privatim, deinde hoc nihil efficiente, præſentibus quibuſdam ſeverius, & hoc multi ſunt emendati modo, qui quâvis arte pecuniam extrudendi non fuiſſent: Hæc obiter.

## *ACCESSORIVM*

## DE BACHANALIBVS.

11. MUltis in Academiis mos etiamnum depravatus viget, ut quotannis cives quidam Academici Bacchanalia celebrent, veſtibus verſi coloribus, (quam in formā Principes ſuos moriones veſtire ſolent,) & ad

riſum

riſum ſpectantibus movendum conſarcinatis induti, clamantes, hinc inde currentes, paganoſque & pueros crocytantes, quovis laſciviæ invẽto inſectantes. Hoc exercitium quibuſdam in locis, quicquid Theologi, dicant, minentur, & reliqui profeſſores moneant, imò annuis programmatibus inhibeant, ſibi eripi nullo concedere volunt, ſed tanquam ludum jucundiſſimum, qui feſſos hyberno frigore & torpore animos ſimul & oculos ſuaviter paſcat, acerrimè defendunt & ſtrictè retinent.

12. Sed ſi veritatis & honeſtatis ſtudioſi eſſe velimus, exercitium hoc diabolicum potius quàm Academicum dixerimus: *Vide Sebaſt. Brandt.* im Narrenſchiff. *c.* 111. adhibe quoque *Cl. Dn. Piccart. lib.* 2. *obſervat. hiſtorico-pol. dec.* 12. *c* 3. ubi oſtendit ſæpè ludum in luctum verſum; nec immeritò ijs obiicitur, quod ſint veſtitu diaboli, diſcurſatione furioſi & clamoribus aſini. Pudeat te morionem in gratiam paganorum facere. Imò morio non es, quia non facetus, truncus es, cum te ab aliis ſaltem aſpici ſinis, nullo edito humanitatis ſigno: pudeat te, qui te nominas ſtudioſum; ſtudioſus non es, quia ſpurcus, ſordidus, impius & impurus.

13. Veruntamen tolerari quodammodo poſſet & hoc exercitium, ſi prioribus omiſſis, honeſtiores induant veſtes licet larvati, ſi artificioſos actus peragerent, inducendo exterorum habitus, hiſtorias repræſentando ad imitationem

qualem qualem Principum, wie dann bey Fürſten vnnd Herren dergleichen Auffzüg gehalten werden / welche von den Theologis mit dergleichen Strengheit nicht geſtrafft noch geeyfert werden. quemadmodum ipſemet vidi eiuſmodi actus tempore Bacchanaliorum à ſtudioſis decenter peractos, non ſolum verbis, ſed etiam re ipſa & facto, honeſta ſcilicet acceptatione & tractatione laudabili præſentantium, ſive eorum qui interfuerunt, à Profeſſoribus, ut in A. L. J. & M. Academiis, approbatos.

14. Quamquam autem tempus quo celebrantur Ethnicismum olere videtur, q. Baccho ſacrum eſſet; uti illud exercitium, nach dem Vogel zuſchieſſen / diebus Pentecoſtes in ſpiritus S. contumeliam peragi, quidam Ethnicorum more dicunt, (ideò à Wittenbergenſibus in alios dies transmutatum.) verùm dies nobis non inducit Ethnicismum, ſi mens ab illo aliena.)

15. Ad hæc *Seneca epiſt. 24. dicit:* Non hominibus tantum, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua. Elarvatio & perſonatio improbandave? Non video, dummodo nihil inhoneſti & iniuſti perpetretur, ſed quæ uſum hiſtoricum & ſimul licita gaudia utriſque ſpectantibus & agentibus pariant. Ut enim medici, ut alij omnes, mendacio re turpiſſima, non turpiter uti aliquando conſueverunt; ut orator turpia refert non turpiter; ita

poteſt

poteſt bona eſſe repræſentatio malorum quoque.

16. Induimus ſæpè veſtes exterorum, ut exteros ſiſtamus in typo. Si quis velit carpere & culpare peregrinas veſtes, materia erit prompta: Intueatur *Italizantes & Germano-Gallos*, qui ſæpè Italiam, & Galliam nunq viderunt, eorum linguâ uti neſciunt, imò quid Italia, quid Gallia ſit planè ignorant Zonaram imitantes, Hiſpaniam Iberiæ urbem eſſe, & Italos quoſdam, Germaniam unam civitatem qui æſtimant. Si non propterea, ut exterorum habitus noſtris cum quadam recreatione ob oculos ponant, veſtiuntur, ſed in ſe illorum ſtultos æmulos turpiter produnt, aperta facie, quam noſtri ſtudioſi Bacchanalia celebrantes tegunt, non quaſi agant occultatione & tenebrarum dignũ, ut eo liberius & ſine verecundia geſtus convenientes exprimant.

## *SECTIO III.*

## DE OMNIS GENERIS LVSIBVS.

1. LVdos publicos & ſpectacula excipiunt, privati, animi relaxandi gratia inventi, ſiquidem ex ſtudio literarum ſæpè Melancholia & alia incõmoda corporis naſcuntur, quę honeſtis recreationib. curãda ſunt. *Marian*,

*Socin.*

*Socin. ad cap. ſuper ſpeculo X. de Magiſtr.* quis enim philoſophiam aut ullum liberale reſpicit ſtudium, niſi cum ludi intercalantur. *Sen. natur. quæſt.* 32. Nam nimius labor impedimento eſt, quo minus augeatur corpus; temperatus verò illud exercet, agitat & auget. *Ariſtot.* 1. *pol.* 16. Et ſicuti fertilibus agris non eſt imperandum, cùm citò exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas; Ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. *Sen. de tranq. Vitæ.* An non quemadmodum aviculas ad habitandum propagandamque ſtirpem ſibi ſimilem nidos fingere atq; conſtruere videmus, eoſdem poſtquam aliquid effecerint, levandi laboris cauſa paſſim ac libere ſolutas opere volitare per auras: Ita animi noſtri ſimillimè ſtudiorum exercitationibus cæteriſque molitionibus ſuis defeſſi, puſillum laxamenti ſibi dare & cura poſita ac ſollicitudine laborum omni relicta geſtire, & quodammodo volitare debent. *Pontan. progymnaſm.* 64. *Vol.* 4. Hinc eleganter *Livius lib.* 5. *hiſt.* Labor voluptasque diſſimillima natura, ſocietate quadam inter ſe juncta ſunt. Ergò:

*Interpone tuis interdum gaudia curis,*
*Vt poßis animo quemvis ſufferre laborem.*

Et

*Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.*

In hunc ſenſum pereleganter loquitur *Guſtanus Selenus lib.* 1. deß Schach vnd Königsſpiels,

ſpiels. *c.* 1. *p.* 2. Es begibt ſich zu zeiten/ daß der Menſchen Gemüther/wegen einſtendiger Arbeit vnnd Müh ermüedet vnd abgemattet / offt auch/ von mancherley fällen deß Glücks / geängſtiget vnd verwirret werden. Ja es kan/das Gemüth in keiner ruh ſtehen / es iſt allezeit vnmüſſig : Hat es nicht/in ernſten ſachen zu ſchaffen/ ſo ſeind in= vnd auſſerhalb vorhanden/ welche es auff einen bey vnd jrzeweg / bald bringen vnnd verleiten mögen. Hiegegen die fürſichtige Natur / nicht allein / den Schlaff eingeführt / beſondern auch zu der lieblichen Muſic / zur kurtzweil vnd zum ſpielen allerley anlaß gegeben hat. Die Kunſt als ein fleiſſige Auffwarter= vnnd Nachfolgerin der Natur / hat nun ſolches / in gute Auffacht genommen / vnnd mancherley Spiel/zu ſonderer / jhrer Frawen fürhabens/beförderung/auff die Bahn vnd Schawplätz/offentlich herfür gebracht. Hæc ille.

2. Quamvis ex partitionis I. Sectione prima de Exercit. in genere , ſatis dilucidè ſequentis quæſtionis deciſionem haurire poſſemus, tamen ut magis ſpeciatim ſciamus , lubet hic examinare.

*Quæſt.*

An ludere liceat ? quâ in quæſtione, pro negativa pugnare Dd. communiter refert *Malvet. de ludo taxill.* & *Iulius Clarus in §. ludus in pr. lib.* 5. *ſentent.* ſequentibus moti rationibus. Prima quidem *ex Pontano d.l.* hæc videtur eſſe,

quod

ꝙ jocando & ludendo finē noſtræ generationis tranſgrediamur. Cùm n. ex duab. differentib. naturis cõpactus homo concretusq; ſit, ex animo ſc. ex corpore, quorũ illũ cum cœleſtib⁹, hoc cõmune cũ belluis habemus, ſi quis ſecũ reputare contẽplariq; velit, qualis utraq; effecta, quib. inſtrumẽtis, & virtutib. à ſapientiſſimo artifice inſtructa, & cõdecorata ſit, non aliter profecto judicabit, q̃ non ad exigua quædã ſed magna: non ad levitatẽ, ſed gravitatẽ: non ad otiũ ſed ad laborẽ; non ad ludicras ſed ad ſerias excellentiæq; ſuæ pares actiones genus humanũ eſſe procreatum. Etenim ſi tam nobiles animantes ad edendum, bibendum ad jocandum ludendumq; tantummodo, neq; ad alium quendam eumq; nobiliſſimum finem ille rerum opifex condidiſſet, meritò fruſtra generati videremur. *Hæc ille.*

3. Veruntamen, licet non ita à natura ſimus generati, ut ad ludũ & jocũ facti eſſe videamur, ſed ad ſeveritatẽ potius & ad ſtudia quædã graviora atq; maiora. *Cic.* 1. *offic.* in ꝑpetuis atq; continentib. corporis animiq; laborib. ac functionib. verſari haud poſſumus, defatigamur, exhaurimur, frangimur: cũ non è lapidibus Deucalionæis, nec (ꝙ Evander de veterib. Latij incolis apud Maronem narrat) è truncis & duro robore extemus, neq; mens noſtra ex adamante nobis confecta ſit; ſed ſuã ipſa quoq; laſſitudinẽ perſentit. Inſuper hoc ævi, ꝙ degim⁹, permultis moleſtiis cinctum, variis incõmodis circũſcriptũ ac ita permiſtum

miſtũ eſt, ut benè *ex Eurip. Cic.* nõ extat mortaliũ quiſpiã non attingat dolor. Ergò ut acriore & vivaciore impetu ad intermiſſa revertamur, & redintegratis viribus ad labores ferendos ſufficiamus, honeſtis & moderatis voluptatibus animum oblectemus, corpus reficiamus & inſtauremus, non quidem ἔργως & principaliter, ſed παρέργως & acceſſoriè *Hinc Ovid.*

*Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis:*
*Immodicus contra carpit utrumq; labor.*

Hinc graviter *Iacobus VI. Angl. Rex in dono regio, lib. 3. p.* 191. Minimè quibuſdam noſtri ſeculi curioſis hominibus ſed doctis tamen adſtipulari poſſum, qui chartis, pictis, talis & teſſeris & huiuſmodi aliis fortunæ ludicris omninò interdicunt, in eo enim falluntur, &c.

4. II Fundamẽtũ videtur eſſe *in l.* 1. *C. de aleat. & quidẽ in his verbis:* Cõmodis igitur ſubditorũ proſpiciẽtes, hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neq; in ſpecie, & ſi cõtra factũ fuerit nulla ſequatur condemnatio. Atqui huius legis generalitas conciliãda eſt cũ *l.* 2. *ff. de aleat.* & verbis ſubſeqq. huius legis Deinceps verò ordinet quinq; ludis; His enim ludere permiſſum, ſed immodica lucri cupiditas & alia mala inde profluentia prohibentur.

5. Hinc III. eliciunt rationem, inferẽtes, ludere peccatũ eſſe, ex quo multiloquia, odia, rixæ, furta, blaſphemiæ, homicidia, & alia inconvenientia proveniunt. *Farinac. de del. & pœn. libr.* 1.

*tit.3.q.109.n.56. & 98. Hæc Friſchlin. in Car.* hoc compendifecit diſticho:

*Ira, libido, furor, faſtus, jactantia, cædes,*
*Fraus, dolus, inſidiæ, jurgia, flagra, minæ.*

Nec non Barthol. Ringwald in ſeiner lauter Warheit eleganti rythmo ludi incommoda deſcribit. *c.*10. *p.m.*78.

Spieln treibt viel vnnatürlich hitz/
Gibt angſt vnd macht den Beutel ſpitz/
Setzt gute hoffnung vnd betreugt/
Vnd alles auß der Taſchen leugt.
Es würcket auch groß vnbedacht/
Benimbt den ſchlaff in mancher nacht/
Gibt viel erſeufftzens/rew vnd leyd/
Verzweifflung vnd viel trawrigkeit.
Denn auß demſelben iſt gar offt
Groß leyd entſtanden vnverhofft/
Das mancher hat ſein junges leben/
Darüber müſſen vbergeben.
Darzu ſo kleydets ſelten wol/
Macht hertz vnd alle ſinne toll/
Bringt armut/ſchuld vnd groſſe noth/
Vnd einen böſen ſchnellen todt.
Ja es verſchafft das manch geſell/
Nach viel ertragnem vngefäll/
Hoch in der lufft ins ewig liecht/
Gar ſchlim durchs hänffen fenſter ſicht.

6. Adde, quod præter infinita illa mala lites quam

quam plurimas generet, ita quidem, ut à ludo homines ad eas armentur, incurrunt inimicitias, inque miſeram etſi non mirabilem incidant egeſtatem. *Sarisb. lib.* 1. *de nud. curial. cap.* 5. imò ludus *ab Auguſt. ad Angel. de malef.* vocatur crimen publicum & quidem grave, quod Remp. ſuis & malitiis & litibus non leviter conquaſſat: Incipit enim à gaudio & finitur in lachrymis, lites relinquendo funeſtiſſimas, ut experientia teſtatur & innuit. *Butrius in l. fin. C de relig. & ſumpt. fun.* ut inde *rectè Bald. c. clerici d.* 2. *n.* 5. *de vita & hon. cler.* mundi errorem & ludendi & litigandi corruptelam introduxiſſe. De vitioſo luſorum effectu *vide Mar. Spelt. in ſapient. ſtult. lib.* 2. *c.* 6. & *Anton. Florentinus* tot crimina ex ludo naſci arbitratur, quot ſunt in taxillis puncta: nec nō Plato in Phędro aleam à Dæmone, quem nominat Theuthicum aliis pernitioſis luſibus inventam eſſe.

7. Inficias quidem ire nemo poteſt, omnia quæ jam prolata ſunt ex luſu proficiſci, ſed immodico, prohibito & frequenti, non bono, moderato & licito.

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet. Etſi bonarum rerum nimia conſuetudo peſſima & ludendi erit peſſima *Seneca.* Ergò modum hîc & medium obſervabimus, nociva reſecantes, eſt enim modeſtiæ ac temperantiæ munus antiquiſſimum, coërcere moderariq; voluptatis appetitum; quod fit, quando non ſemper, nec o-

mnibus, nec quodvis ludendi genus permittitur aut probatur, ſed id quod ab honeſtate non recedit, à lucri vero cupiditate & peccandi occaſione alienum eſt; Oportet profectò in adoleſcentum quoque non virorum & ſenum jocis ludiſq; duntaxat ingenuitatis, modeſtiæ & honeſtatis lumen elucere, ut inde nullum laxamētum melius, nulla quies expectatior, nullum otium optabilius, nec animo corporiq; conducibilius, quàm ubi ad probabile & honeſtum aliquod ludendi genus, cum ſociis æqualibus, animi reficiendi cauſâ interdum venitur. *Vide Pont. d. l. cum progymn. ſeq. & Iohann. Georg.* Arnolden von Kemnitz in Brunquell politiſcher Weißheit. *lib. 3. c. 6. regul. 3.*

8. Ludus, qui ſine cupiditate, ſine ullo affectu & perturbatione ſervato tempore & modo, leniendarum ægritudinum aut laborum cauſa exercetur, non vituperandus. Paſcaſius Juſtus Eccloviensis Phil. & Med. D. in ſua aleâ, ſive de curanda ludendi in pecuniam cupiditate, libris anno 1560. editis *in epiſt. dedic. Hinc ſupra citat.* Ringwaldt. *d. l. p. 80. ita canit:*

Jedoch hat kurtzweil ſein beſcheidt/
Wenn es geſchicht zu ſeiner zeit/
Bey guten Leuten/ die da nicht/
So gar ſeind auff gewinſt gericht.
Sondern auß luſt/ ohn vbermaß/
Ein kleine weil nur ſpielen was.
Vnd darnach wider reden fein/
Von erbarn ſachen groß vnd klein.

Bey ſolchen Leuten ehren voll/
Mag man bißweilen ſpielen wol/
Und (ſich mit jhnen zuergetzen/)
Ein Groſchen auff die Schantze ſetzen.

9. Non itaque in totum improbandum eſt ludendi exercitium etiam in pecuniolam, nec mirum quod Imperator omne lucrum luſorium reſpuat, cùm tum temporis frequentia abuſus hoc cauſare potuerit quàm facillimè, quo præter lucrum nequitiæ ſemina promanaverint, (quod etiam innuere videtur *Anton. de Guevara. in Horol. PP. lib. 2. cap. 45. dicens:* Non enim à luſu arcendi ſunt pueri propter pecunias, quas perdunt: ſed propter vitia, quæ colligunt & mores pravos, quos addiſcunt. *num. 439. adhibe hic Guſtav. Selen.* im Schachſpiel. *lib. 1. c. 1. p. 8. ubi ex Thoma Actio. quæſt. 11. ſcribit*, quantitatem lucri, in omnis generis luſibus, juxta regionum conſuetudines, generalia Impp. jura tollentes, æſtimandam eſſe.) ut exinde leges evaſerint aliquanto ſtrictiores, verum quoniam & ipſa diſtinguat *l. 3. C. de aleat:* Sed nec permittimus in his ludere ultra ſolidum, ſi multum dives ſit nos haud malè diſtinguimus inter varias hominum conditiones, quarum illa maioris hæc minoris pecuniæ jacturam abſque ulla vel bonorum læſione vel victus & amictus diminutione pati poteſt. Multò minus ludere per ſe peccatum eſt, quod probat *Morla. in emp. jur. titul. 2. de aleat. quæſt.* 1. in tantum ut etiam

ſacerdotes & Epiſcopos licitè ludere aſſerat. *num.* 5.

10. Sed hoc præcaventes, ſatis huic ſeculo facimus, quando non ex perpetua ludendi conſuetudine inſatiabilem id aſſiduo faciendi libidinem haurimus: *Lorich. de inſtit. Princ. c.* 68. nam experientiâ magiſtra diſcimus, ludendi libidinem morbum eſſe, qui canis rabioſi naturâ refert, qui ſi quem ſemel mordet, (niſi celerrimum & exquiſitum adhibeatur remedium,) in perpetuum rabidũ reddit, ita rabies dira ad mortem uſq; perpetuò duret. *Ant. de Guev. d. l. ex ſen.* Hinc graviter Plato adoleſcentem quod luſiſſet alea increpuit: qui cum dixiſſet; ſic objurgas ob rem parvam? At parvum non eſt, inquit, aſſueſcere. *Eraſm.* 7. *apopht.* Eiuſmodi, quibus vita per luſum agitur, ludit Seneca quando dicit, ſi videas murem dominari alij muri nunquid riſum teneas? quanto magis ridiculum eſt quod os pauxillum, ꝙ minoris eſt valoris quam mus, homini dominetur. Damnandi igitur Germani, veteres; quorum tanta lucrādi perdendiq; temeritas, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate ac de corpore contendant. *Tacit in Germ. c.* 24. Damnandus ille, qui (q. parum fuerit in vitâ luſiſſe) in teſtamento cavit religiosè, ut ex oſſibus ſuis teſſeræ, cute verò & membranis menſa, alveolus & fritilla, quantâ fieri poſſet diligentia, contegerentur; nim: ut, quod vivens lubentiſſimè factitabat, mortuus

mortuus etiam, quantum poſſet, obiret. *Paſchaſius Iuſtus de alea.*

11. Præterea cavendum & hoc eſt, quàm maximè in omnis generis luſibus, ne fraudulenter & doloſè colluſorem decipiamus; duplicem ob cauſam; prima eſt periculum, quod monet dictus Ringwald *cit. loc. p. 75.*

Zu dieſem iſt er ſchlimm geart/
Bezeichnet vnd verſteckt die Kart/
Das er damit ſein Vortel vb/
Vnd einen andern hoch betrüb.
Mit welchen boſſen er verricht/
Das mancher ſchleunig nach jhm ſticht/
Oder jhm ſonſt ein ſchlapp mittheilt/
Die nicht ſo bald der Bader heilt.

Hæc namq; circumventio turbare ſenſus & crabrones irritare ſolet, ac iram litesq; concitare. Huc Alexandri Regis pertinet executio, quâ amicorum quoſdam, quos teſſerarum ludo non ſenſerat jocari, mulctavit. *Plutarch. in apopht.*

12. Alteram cauſam videtur indicare *Pontan. d. vol. 2. progymn. 66.* his verbis: Non errant, qui indolem puerorum in ludo perſpici ſcripſerunt. Ego verò etiam viros inde cognoſci ajo, & commendatione proſequendos, qui ſemetipſos continere nolunt, & quicquid illiberale eſt remis ac velis fugiunt: Econtra fraus in ludente, haud probi eſt animi ſignum. Hoc in ſpecie de ludo ſcachorum, *Guſtavus Selenus* im Schach vnd Königſpiel. *lib. 1. c. 1. p. 12. teſtatur:* Das da-

durch die Gemüther/Begierden vnd was einer im Schild führt offt geprüfet vnnd entdeckt werden könne: exempla *vide apud eund. pagg. ſeqq.*

13. Neq; cum ignotis ludamus, quia nec jucundum nec tutum, multò minus cum ſuperioribus: cuius moniti neglectus jam multis exitio fuit, prout teſtantur paſſim hiſtoriæ: Dann mit groſſen Herren iſt nicht gut Kirſchen eſſen / ſie werffen einem die Stiel ins Geſicht: Si vis aptè ludere, lude pari. Ludi autem genus quodcunque ſit, notum tamen & colluſoribus & ſpectatoribus eſſe debet, ut ex omni parte voluptas capiatur. Nec ulla ſponſione nec magna ludamus. Illud fatuum eſt: Hoc ſollicitat & perturbat animum ludentis, & ſi victus fuerit, magnopere excruciat, cùm exhilarare & recreare eum debuiſſet, hic enim finis ſit luſus, qui ceſſet, quoties animum ad graviora & ſeria reparatum ſentiamus.

*Luſori cupido ſemper gravis exitus inſtat,*
*Sæpè gravis nummis luſor venit: exit inanis.*

14. Hic quæritur: Num pecunia in ludo perdita, ſi nimia, repeti poſſit, aut ſi non numerata & appoſita, alter actionem vel exactionem habeat? Nos cum non amemus eos, quibus lucrum ludendi cauſam præbet, lectorem remittimus, *ad Clariſſ. Dn. Bachov. vol. 1. diſp. 22. animad. & notatur ad Treutl. D. 3. lit. F. cui fin. Dn. Hilliger. Donell. Enucl. lib. 14. c. 25. lit. H. Andr.* Rauchbar. *part. 2. q. 25. & alios quos ibi allegat.*

*gat. Dn. Hill. Dn. Quirin. Kukach. in cent. q. Iuridico-pol. Althus in dicæologia & alias.*

15. Genera quod attinet ludorum, ea variè ſunt & diverſimoda, ita ut omnia recenſere tam ſit ſuperfluum, quàm impoſſibile, nullum tamen hodiè videtur prohibitum, niſi modeſtiæ limites & honeſtatis cancellos transgrediatur, licet exceſſus in omnibus ſit interdictus aut certè interdicendus, ob ſupra allata. Prolixum catalogum collegit *Iohann* Fiſchardt / *autor* deß Pantagruels oder Gorgellantua/ *c. 25. Vide Garzon. in Piaz. univerſ. diſc. 68.*

## DE LUDO SCACCHORUM.

16. Inter omnes Ingenij ludos, haud vulgaris habetur Scacchius, ab Ægyptiis, rerum abſtruſarum indagatoribus & ingenij cultoribus, inventus: *Iodocus Damhuder. in parænes. Chriſt. in admon. ad milit. p. 229.* quamvis alij Palamedi, Lydo & Tyrrheno, Perſis, Vida in ſuo carmine fœminæ Italicæ Scacheidi aſcribant: autores & theoricos & practicos recenſet *Guſtav Selen.* im Königſpiel *c. 2.* imò omnium primus & præcipuus, ita ut ad animi exercitia pertineat, ingenuiſque artibus annumeretur, *Vide Selen.* vom Schachſpiel. *p. 4.* (Ut a. ludos quoſcunq; una cõplectatur ſectio, doctrinæ cauſa in hunc reſervavi locũ eius tractationem) ex eo, quòd in natu-

rali conſiſtat ingenio, nec committatur viribus fortunæ. *gl. in auth. inter dicimus C. de Epiſc. & Cler.* inde à Melioribus & ſummis hominibus vel maximè cultus & celebratus fuit. *Alexander ab Alexandro lib. 3. Genial. dierum. capit.* 21.

17. Dannenhero dieſes als ein wichtiges/hohes Helden vnd Ritterliches Spiel/ſo auch nichts gemeines in ſich hat/gehöret eigentlich nit für gemeine Leuthe / beſondern für diejenigen/ ſo im Regiment ſitzen/ für Krieges erfahrene/ für Gelehrte vnnd für die ſtudierende Jugend / inſonderheit aber für die / welche den diſciplinis nunmehr entwachſen/ vnnd ſonſten mit Bürden deß gemeinen Nutzens/ vnbeladen/ darbey mit zeitlichen Gütern verſorget ſeind / zu dero ehrlichen/ nebenſt der Ergetzung/ Zeit-vertreibung. Doch ſoll hiemit niemand / der Luſt vnnd Lieb hierzu tragen würd/ etwas vergönnet ſein. *Guſtav. Selen.* im Schach oder Königsſpiel. *lib.* 1. *cap.* 1. *p.* 6. (Huic contravenire videtur mos pagi illius in tractu Brunovicenſi, Schachſtedt vocati, in quo quilibet ruſticorum tenetur peregrino cuivis ludere in ſcachis petenti reſpondere, uſq; ad decem florenos.)

18. Inde corruit illorum obiectio, qui ſtudioſis bonarum literarum, ſi quieſcere velint, & animi vires reparare, ludum latrunculorum ſeu ſcachorum, (illa veterum, hæc recentiorum denominatio, differentiam quoque luſus indicat

monſtrante

monſtrante *Seleno, c.2.* convenire negant, quia mentem ſtudiorum labore fatigatam recreare magis ceſſatione & quiete, quam novo meditationis labore gravare oporteat. *Philelph. de educ. liber. lib. 3. c. 6.* Hoc enim unum in hoc ludo cum Friderico *apud Caſtilionem lib. 2. de aulico p. 130.* fugiendum cenſemus ſtudioſis, (otioſos ſuum linquentes placitum) ne nimium in hoc ludo ſcire videantur: Quisquis enim in illo reliquis præſtare ſtudet, tantum in eodem ſtudij atque temporis neceſſe eſt imponere, quantum ſcientiæ cuiquam eximiæ ſufficeret, & cum omnia curioſè cognoverit, ludere tantummodo didicit. In eo itaque id uſu venit, quod rariſſimè perſpicitur: nimirum mediocriter ſcire melius eſſe, quàm valdè præſtare. Adhæc aiunt nihil habere hunc ludum jucunditatis, tempus huius vanitate ineptè conſumi, eſſe inventum hominum nimis inertium & ab otioſiſſimis frequentari. Tertia hæc eſt obiectionum, quas recenſet *Selenus pag. 22.* Taceo hunc ludum in Alcorano pro peccato eſſe pronunciatum: Sed tamen non ſervant hoc mandatum Turcæ, ut eo maximè delectentur & excellant. *Selenus pag. 35.*

19. Quo nitantur autem fundamine dictæ illationes, cum ex antecedentibus manifeſtum, tum ex conſeqq. patebit, quibus pronunciamus, quod adhiberi hic ludus & poſſit & debeat, ſed ab ijs, qui minus languidi ſunt & feſſi,

ac tempore, quod alias ocio eramus tranſmiſſuri: & quidem has propter utilitates: 1. quia ingenium & judicium exercet, acuit, & mirum in modum auget. 2. Memoriam roborat & confirmat, teſte *Iacobo Publicio Florentino de arte Memor. & imag. lib. 2.* 3. Arithmetica & Geometria in hoc ludo uſum habet non exiguum. 4. Aulico politicus ſtatus concinnè depingitur & præfiguratur, & ad amicitiæ, quæ plerunq hodiè ex utilitate æſtimatur, notitiam conducit, uti *Petron. Arbiter ſcribit*:

*Nomen Amicitiæ, ſi quatenus expedit, hæret,*
*Calculus in tabula nobile ducit opus.*

*Vide Turneb. lib. 1. adverſ. c. 15.* Uti enim luſor quacunq: poteſt fallacia adverſarium vincere, ſibique ſoli conſulere: Ita in vita civili plerique ſua, etiam cum alterius damno promovere ſatagunt: E contra verò etiam animum ad conſtantiam format, qui ludentem de felici exitu non deſperantem, omneſq; ictus prudenti exceptione ſuperantem, imitabitur, quævis infortunia ſagaciter victurus.

20. 5. Naturam Rerumpubl. & politiarum explicat & demonſtrat: juxta *Polyd. Verg. lib. 2. de rer. invent. cap.* 13. Oſtendit, Majeſtatem ſine viribus, hominumque adminiculis, parum admodum valere, atque tutam eſſe, quin per iſtiuſmodi ludum ſatis patebat, Regem facilè oppreſſum iri, niſi invigilaret à ſuisque defenderetur. 6. Stratagemata, callida con-

da conſilia & machinationes bellicas edocet: prout teſtatur Cælius Caleogn. *in lib.* de talorum ludo: & ipſa Etymologia germanorum hoc innuere videtur, ſi licet inde ſumere, ſchach / vom ſcheichen / ſchacken oder vertreiben / verjagen: eſt enim in eo pugnæ quoddam ſimulacrum. Vitus *Amerbach. in expoſ. lib. 2. Ovid. de triſtib.* Hinc *Martial. lib. 14 epigr. 20.*

*Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,*
*Gemmeus iſte tibi, miles & hoſtis erit.*
Wer den Schach recht wol ziehen will /
Der hat der Freund vnd Feind gleich viel.

*Idem ibidem epigr. 17.*

*Hic mihi Biſſeno, numeratur teſſera puncto,*
*Calculus hic, gemino, diſcolor, hoſte perit.*

Huc referendus locus *Alexand. ab Alexand. lib. 3 genial. dier. c. 21.* Ludus calculorum Veteribus, præcipuus fuiſſe traditur, qui & latrones dicti. Hi enim in duas diviſi turmas erant, colore diverſi, quorum alii milites alii hoſtes. Horum luſus erat ut turmis inſtructis velut qui cõgredi acie parant, hinc inde ſub hoſtium imagine, procederent, ac pręſcripto fine quoad quiſque progredi debeat. Ita cavere oportebat, ut, dum hoſtem quiſque invadere nititur, alterius non pateat incurſibus: qui etiam ex gemma fuêre, viris & mulieribus frequens.

21. 7. Nullum inde luſor ſentit damnum, licet interdum paululũ pecuniæ perdat, animi gratia, & victus decedat, tamen jucunditas & numeratæ

 utilita-

utilitates faciunt, ut & vincere & vinci, ſua non careant laude, cum non fortunæ ſed ingenij ſubiaceat acumine. Plura qui de hac arte ſcire cupit, præter praxin ipſam genuina & adæquata præcepta inveniet apud Guſtanum Selenum im Schach oder Kônigſpiel. Huic luſui quam proximè accedit Arithmomachia, Rythmomachia, ein Kampff vnd Zuſammenſtimmung der Zahlen/ ſeu ludus Pythagoræ, qui etiam calculis fiebat; hunc nuper publici juris fecit & illuſtravit *Idem Selenus*. Nec etiam abſimilis videtur das Dammen.

## DE ALEÆ LVSV.

22. ALeæ luſus, cur tantopere à multis improbetur non iniuriâ admiramur, ſiquidem & in illo militat ingenium, eundemque cum aliis honeſtis & licitis luſibus habet finem; nec vitioſa eius fuit prima inventio, uti teſtatur *Paſcaſius Iuſtus in libro de alea.*

23. Dubio procul nimio creſcente abuſu moti fuerunt primi Impp. in legibus hunc luſum execrabilem pronunciare, quod probat *Anton. de GueVar. lib. 2. Horolog. PP. c. 45. n. 438.* & Turcæ, apud quos luſores pro pecunia ignominia afficiuntur & deinde graviori ſupplicio. *Cuſpin. in lib. de iuſtit. Turc.* Non fruſtra aleatores perditi canibus comparantur rabioſis. Nam quotquot in ſuum pertrahunt ſodalitium, eos in

diſcrimen

diſcrimen adducit conſcientiæ, exiſtimationis & fortunarum Hos *Ariſtot.* 4 *Ethic.* 1. fures & latrones illiberales dicit eſſe, quia turpi in lucro verſantur, & omnia ſuſtinent probra quæſtus cauſa. *Hinc Saresb.* 1. 5. *dicens*, Aleator quanto melior tanto nequior, & cum illo multi errare videntur, *ut Patrit. lib* 3. *de Regis Inſtit tit.* 10. *Chokier in theſaur. aphor. lib.* 5. *c.* 20. *Pontan. d. l. progymn.* 67. *p.* 385. *& alij.* ex recentioribus quibus, niſi cæcutire animadverteremus errorem, quo de abuſu loquuntur de uſu multi, monſtraremus, nec putamus rectè illos mentem legis aſſecutos eſſe. Præterea monendum aleæ nomen generale eſſe interdum de omnibus ludis, ut foliorum, teſſerarum, talorum, aſtragulorum, &c.

24. Verum re probè conſiderata, ſi quod honeſtæ voluptati conceditur, non in pravum detorquemus uſum, non video, quo jure inter vetitos hic (propriè ſcil. & in ſpecie dictus aleæ ludus, das Brettſpiel) numeretur ludos: Imò tantum abeſt ut hoc ſeculo improbetur amplius, ut magis in aulis PP. familiaris, & aliorum integerrimorum virorum, ad fallendum temporis tædium domeſticus habeatur: Invitandus ergò potius, ſuo tamen non abs modo, quam expellendus. In alea primus modus eſt, das lurtſchen / Buff pro & contra, Regal buff / Dickedåcket: *Vide Cl. Dn. Berneg. dodec.* 5. *in Germ. Tacit. quaſt.* 7. *Lamb. Dana. de ludo alea.*

## DE CHARTARUM LUSU.

25. Hic videtur aliquomodo plebejus & vulgaris uti de Regno China teſtatur *Nicolaus Trigautius Societ. Ieſu P. ex comment. Matthæi Ricij*, ejuſdem P. de Chriſtiana expeditione, apud Sinas ſive Chinenſes *lib* 1. verum in hoc maxima habetur modorum differentia, ita ut quidam ſint viles & neglecti, alii verò etiam in exercendo ingenio ſuas habeant vires: Als Rimpfen/grimpen/picfiren/trăpelirn/ꝛc.

Taceo quoſdam chartis luſoriis tradidiſſe & inculcaſſe juventuti præcepta Grammatica & dialectica. Quod ludendi genus ex omnibus Europæis noſtra ætate diligunt Hiſpani, prout ſcribit *Paſchaſius Iuſtus lib. 1. de alea.* Longè lateq; Hiſpanias luſtranti mihi ſæpè contigit, ut cum multis locis nihil eorum, quæ ad victum faciunt, invenire poſſem, tamen nunquam caſtellum aut vicum ullum adeò abjectum & obſcurum tranſire potui, in quo non chartulæ venirent. Quod quidam in aula Regis non parvi nominis mercator callidè animadvertens, ab Imp. Carolo V. contendit, ut nemo in Hiſpaniis integro decennio, præter ſe, tabellas illas luſorias diſtrahere poſſet, quod cùm beneficii gratiæq; cauſa obtinuiſſet, locupletiſſimus ex eo quæſtu factus eſt.

26. Refer huc ludum Italorum, quem vocans

cant la mora, vel del tocco, wann man gegen einander ruffet vnd ſagt wieviel der gegentheil finger werde auffrichten Huius videtur meminiſſe Cicero de divinar. Micare digitis, *vide Garzon d. diſ. 68. p. 435 nec non* die Loßſpiel Glücksdöpff in quibus ſors imperium tenet.

## De Lusu Pilæ et Follis.

27. Pilæ ludus ut antiquiſſimus, ita certè varius, utiliſſimus & artificioſus. Antiquitatem ejus *Plin. lib. 7. c. 56* demonſtrat, quando Pythum inventorem primum inter latinos facit, quem ſequitur *Autor delineationis Collegij Tubingenſis cupro 7.*

*Hac Pythi domus eſt qui primus in aëre palmis*
*Dicitur inventas exagitaſſe pilas.*
*Quiq; pilas melius palmis hic tractat: Honoris*
*Palmam vel victo judice victor habet.*

28. Atqui & Græci hoc luſus genere delectati fuerunt, nec non alii populi plurimi, unde *Herod. lib.* 1. ejus inventionem Lydiis, Hippaſus Lacedæmoniis, Diocæarchus Sicyoniis, Iuba Mauruſius Phenestiæ Padotribæ, Agalis Corcyrea grammatica Nauſicaæ apud Athenæum, alii juventuti Phæacorum aſcribit. Nec non pila luſit Julius Cæſar, qui ſingulis colluſoribus ſuis centena ſeſtertia numerari juſſit, uni L. Cæcilio quinquagena tantum: hic facete: Num unâ manu ludo? Tum ridens

Cæſar numerum æquari imperavit. Auguſtus, *Suet. in Aug. M. Antonius, Plut. in Anton. Domitianus, Alexander Macedo, Severus, Valer. Max. lib. 8. c. 8.* Quintus Publius Scævola vir graviſſimus & Juriſconſultorum omnium diſertiſſimus, hic cum à forenſi labore feſſus eſſet, pilâ ſe aliquantulum inſtaurabat. Cic. Item è Philoſophis Lycon Troadenſis ad pilam feſſus ſtudiis ſapientiæ confugiebat, tanquam ad placidam auram poſt difficilem æſtum atq; calorem, ut gratior deinde eſſet ad ſtudia reditus, Dionyſius Syracuſanus. Cteſiſteius Chalcidenſis, Antiochi aulici, Demſteles Theognidis Chiij frater, & Cherophanes, quos excelluiſſe ſcribit *Athen. lib. 1. Dipnoſ.*

Ex his exemplis patet pilæ uſum eſſe antiquiſſimum, licet veram originem ob autorum diſſonantiam inveſtigare non valeamus.

29. Et varius eſt, propter varia antiquis uſitata genera, quorum quædam ad nos quoq; tranſierunt. Græci itaq;, ut refert Mercurialis de arte gymnaſtica *lib. 2. c. 4.* quatuor habuerunt genera: Pilam parvam, magnam, inanem & corycum. Parvæ pilæ rurſum tres facit ſpecies: Prima erat pila valde parva in qua qui exercebantur, corpore maximè elato ludebant, & colludentes manus manibus proximè admovebant. Secunda erat pila majuſcula qua cubitos cubitis ludendo immiſcebant, nec corporibus mutuo hærebant, nec annuebant, ſed variis modis mo-

diſmovebantur, & propter varios pilæ jactus hucilluc digrediebantur. Tertia erat pila adhuc major ſecunda, in qua homines inter ſe diſtantes ludebant, & in qua cum ſtataria ac motoria pars eſſet, qui manebant pilam emittebant cum vehementia, & concinnitate. Huic ſpeciei affinis hodiè videtur eſſe, wann man den Ballen mit einem ſtecken hinauß ſchlegt / daß jhn der gegentheil fange. Pollux alia duo genera parvæ pilæ meminit, Aporraxin & Uraniam, in quo ſcilicet ſeſe reclinantes pilam in cælum projiciebant & antequam terram attingeret excipiebant. *Mercur. d. l.*

30. Pilam magnam ludendi modus hic erat, ut luſores manus ſemper capite altiores tenerent; quandoq; etiam ſummis pedibus ambularent, ut manus altius attollerent; quandoque ſaltarent, cum ſcil. pila ſuper eos ferebatur, in qua projicienda vehementer brachia agitabant. De inani ſive vacua non multum nobis reliquerunt autores, verum Mercurial. putat ex Antyllo, fuiſſe pilam ex corio conſutam, ſolo vento ſeu aëre plenam, tantæq; magnitudinis, ut difficulter luderetur, ab aliis differre, quæ vel pluma vel alia materia repletæ. Corycum deſcribit *Antyllus apud Oribaſium, lib. 6. coll.* quòd in corporis imbecillioribus grano ficulneo aut farina, in robuſtioribus arena impleatur, êque Gymnaſii culmine ſuſpendatur; Huic, cum emiſerint, vel manibus vel pectore occurrunt, donec

donec in ſedem ſuam reſtituendo dimittant.

31. Latinorum etiam quatuor ſunt genera, Follis, trigonalis, paganica & harpaſtus. Hæc genera num cum Græcorum vel conveniant vel diſcrepent, diſputat. *Mercurial. d. l. cap. 5. pag.* 90. tu ex deſcriptione, ſi placet, inveſtiga. Follis eſt pila illa magna ex aluta ſeu corio confecta, ſolo vento repleta, quæ quanto durior, tanto facilius eâ luditur, quanto laxior, tanto difficilius, & ſi major, brachiis impellebatur, mit den Bretſchalen / (quem hodiè valdè uſurpant Itali Baloni vocantes.) ſi minor pugnis ejiciebatur, & dicitur follis pugillaris, Fauſtballen de quo Martial. *lib.* 4.

*Plumea ſeu laxi partiris pondera follis.*

Idem. *lib.* 14.

*Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas,*
*Folle decet pueros ludere, folle ſenes.*

& *Autor delineat. colleg. Tubingenſ. ita canit cupro* 8.

*Hic eſt ſphæromachus latiæ ſpectacula terræ*
*Brachia fragineo cortici tectus agit.*
*Diſtentúq; leves impellere follibus auras*
*Qui volet ætatis proratione poteſt.*

32. Trigonalis pila parva erat, ita nuncupata velà loco, triangulari ubi ſe exercebant, vel potius à ludentium numero, figura & ſitu: hi manibus utriſque modo ſiniſtra, modo dextra pilam viciſſim expellere & excipere valuerunt,

luerunt, ne unquam caderet, *de hoc Martial. lib. 7. vide eund. lib. 2. & 14.*

*Non pila, non follis, non te paganica Thermis*
*Præparat, aut nudi ſtipitis ictus hebes,*
*Vara nec injecto ceromate brachia tendis,*
*Non harpaſta vagus pulverulenta rapis.*

33. Paganica, ita dicta, quòd vulgaris, etiam paganis nota, pila eſt ex corio pluma repleto, aliquanto durior, hinc difficulter eâ ludebatur: *unde Martial. 14.*

*Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,*
*Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.*

Huic ſimilis videtur uſitata illa in Academiis quibuſdam elegans exercitatio, quâ palmis pilam excipiunt & repercutiunt aptè & decore. Optima pila illa eſt, der von ſtrimpffgarn auff ein bleyen kügelein fein ſtarck gewunden wird/vnd mit leder vberzogen.

34. Harpaſtus quartum latinorum genus, erat pila, quam ludentes alter alteri eripiebant,. *Mercurial. d. l. p. 94.* Harpaſtum etiam græci habuerunt, ab Antiphane φενίνδα nuncupatum, quaſi ludentes ſibi ipſis pilam mutuo mandarent, vel ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, à decipiendo, quoniam alio ſimulantes in aliam partem mittunt, decipientes credulum: de quo Pollux: Paribus ad pares in duas turmas diſpoſitio, media linea educebatur, quam ſcyrum vocabant, cuiq; pilam

pilam impoſitam quiſq; contendebat, ut intra alias duas lineas poſt utrorumq; ordinem deſcriptas adverſariorum, metas ſcil. immitteret, nim. quibus contactis à pila victoria haberetur, nam luſores dum pilam capiebant, atque alteri mittebant, alterum fugiebant, alterum expellebant, alterum magnis vocibus elevabant, ſive evertebant, *Mercul. d. l. p.* 85. Cum hoc genere convenire videtur deß Buffpallens ſpielen.

35. Præter follem & pilam *num.* 33. deſcriptam, & aliud ludendi genus hodiè eſt frequentiſſimum, cum retiis oder mit den Raqueten in den Ballhäuſern/ in quo Galli excellunt, quodque adeò magnifaciunt, ut ipſis ſit loco balnei, quemadmodum latinis fuit pila exercitium præparatorium ante balneum, quo vapores eo facilius aperirentur: Taceo Galliam ſpæriſteriis ita refertam eſſe, ut una Pariſiorum civitas trecenta nobis monſtrare poſſit ſpæriſteria, aut ultra, nec non jam plurima in Germania ſunt extructa, & fermè in omnibus florentibus oppidis, vide de hoc exercitio colloquium ultimum Garneri.

36. Utiliſſimum quoque dixi pilæ exercitium, *ſupr. num.* 27. quod partim dicta demonſtrant, nam niſi ſingularem ex illo expectaſſent fructum tanti viri de quibus *num.* 28. huic non tam ſtrenuè incubuiſſet, diverſaq; genera adinveniſſent. Eſt enim valdè liberale & plurimum

mum valetudini conducit, auget robur & agilitatem corporis, concinnitatemq; membrorum efficit πολυσαρκίαν imminuit, excrementa ſubducit, oculos, caput, manus, pedes, cum celeritate dexteritateq; movet, totum deniq; corpus æqualiter exercet: hoc confirmat Autor ſpeculi vitæ Scholaſticæ:

*Curſitat atq; manusq; pedesq; juventa fatigat,*
*Sphæram percutiens atq; repercutiens.*
*Sanguinis eſt ea vis nempe in juvenilibus annis*
*Gratior atq; iſthac fit ratione cibus.*
*Retia dum pilulam faciunt hinc inde volantem,*
*Exercet juvenis corpus & ingenium.*
*Nam pila reſtaurat maleſano in corpore vires,*
*Torpet at aßiduis obruta mens ſtudiis.*

37. Taceo ingentem & honeſtiſſimam voluptatem, quâ mentem afficit, & ſtudioſos donat: Nota hic locum *ex Athenæo lib. 1. Dipnoſophiſt* ubi lætitiam ex hoc ludo partam & concinnitatem deſcribit his verbis: Juvenis quidam annis fere decem & ſeptem natus pila luſit, patria erat Cous, (nam illa Inſula Deos producere videatur) qui in ſedentes intueretur vel pilum capiens, vel tradens omnes ſimul clamabamus: quanta autem concinnitas, ordo & venuſtas dum aliquid diceret aut faceret, ſupra omnem pulchritudinem exiſtit. O viri neque unquam antea audivi, neque talem venuſtatem vidi, certè aliquid mali mihi contigiſſet, ſi diu-

tius ibi permanſiſſem, neq; multum mihi ſanus videor.

38. Reſtat pilæ artificium, quod elegantius præter *Senecam* deſcribere reperio neminem, *quando natural. quæſt.* II. *dicit* Pilæ proprietas eſt, cum æqualitate quadam rotunditas. Hinc in orbe & pila nihil eſt imum, nihil ſummum, nihil extremum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, & quæ ſequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriuntur, omnia quomodocunque ierint in idem revertuntur. *Senec.* 5. *de benefic.* 8. *& alibi lib.* 2. *de benefic. cap.* 32. ſcribit: Qui accepit beneficium, licet animo benigniſſimo acceperit, non conſummavit officium ſuum, reſtat enim pars reddendi. Sicut in luſu eſt aliquid, pilam ſcitè ac diligenter excipere: ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui aptè & expeditè remiſit, quam exceperat. Nec tamen ideo non bonum luſorem dicam, qui pilam, ut oportebat, excepit, ſi per ipſum mora, quò minus remitteret, non fuit. Sed quamvis arti ludentis nihil deſit, quia partem quidem fecit, ſed & partem, quam non fecit, facere poteſt: ludus tamen ipſe imperfectus eſt, qui conſummatur viribus mittendi & remittendi. *Sen.*

39. Pilam enim cadere nec difficile, nec dubium, aut mittentis vitio aut accipientis, Tunc curſum ſuum ſervat, ubi inter manus utriuſque aptè ab utroque & jactata & excepta verſatur;

verſatur; neceſſe eſt autem luſor bonus, aliter illam colluſori longo, aliter brevi mittat. Si cum exercitato & docto negotium eſt, audacius pilam mittemus, utcunque enim venerit, manus illam expedita & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indocto, non tam rigidè nec tam excuſsè, ſed languidius & in ipſam ejus dirigentem manum remiſsè occurramus. *Sen. lib. 2. c. 17. de benefic.*

40. Tantum de pilæ ludo, plura qui cupit, interim duas leges in jure noſtro occurrentes enucleare poteſt: *l. l. 11. pr. ff. ad L. Aquil.* quâ quæritur, quis teneatur illa lege, cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percuſſa, in tonſoris manum eam dejecerit: & ſic ſervi quem tonſor radebat gula ſit præciſa adjecto cultello: altera eſt *l. 52. §. ult eod.* cum pilâ complures luderent, quidam ex his ſervulum, cum pilam percipere conaretur impulit, ſervus cecidit & crus fregit, quærebatur &c. vide Timocratem Laconicum, Galenum, & Dorcacii Romani carmen de pila.

41. Affinis pilæ exercitio eſt ille ludus, Italis Palli malli à pila & malleo dictus, non multis abhinc annis in Regno Neapolitano inventus, nunc in univerſa Europa valdè familiaris, ob ſingularem ejus fructum; In eo enim primò brachia & dorſum exercētur, quādo malleis ligneis pilam ligneam longè pellere coguntur: demū ex

ambula-

ambulatione, quæ tali exercitationi perpetuo aſſociatur, ea commoda ferè trahuntur, quæ ambulantes homines percipiunt *vide infr ſect.6.* Videtur eſſe hic luſus, cujus meminit Avicenna, de pila lignea loquens. Vidi etiam aliud genus, da man das hiltzern Kůgelein nicht von der Erd mit dem langen Hammer in die ferne ſchlegt/ biß mans hernach fůglich durch den eiſern ring brinz ge/ ſondern man legt das kůgelein auff einen ſteſcken/ ſo in die Erd geſtoſſen/ vnd ſchlegt es davon mit einem Hammer in die weite.

42 Huc pertinet das Kegel ſcheiben vnnd Schmaråckeln/ auch mit einer halben kugel vnnd ſchaufel/ Bråckeln/ qui *Pontan. d.l. progymn.*70. dicitur Ludus lapidum orbiculatorum ad metas. oder mit Bley in ein gegickerten Stein gewiß werfen. Ludere diſcis & trochis, de quibus *Mercurial. de arte gymnaſt. lib.2. c.12. & lib.3.c.8.*

*Indoctusq; pilæ, diſcive, trochive quieſcit.*
*Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ.*

Auff der Bilcken Tafel mit Meſſingen ſteinen ſchůeſſen/ in die Erbslaub werben/ oder in Narren ſchieſſen/ auch auff der Tafel die kůgelein kůnſtlich mit darzu præparirten ſtåblein durch ein halben ring ſtoſſen/ ꝛc.

SECTIO

## Sectio IV.

## De Morata Ciborum diſtributione.

1. Cum magnoperè interſit hodiè, ſcenæ converſationis noſſe accommodare ad ammuſſin, nec rarò accidat, ut exteriorum geſtuum, actionũ, cæremoniarum & motum, (quos communis opinio ferè juxta imæ virtutis faſtigium nunc extulit in altum) venuſtatem potentum ſequatur gratia & vulgi applauſus. *Leges Illuſt. Colleg. Tubing. p. 27.* hæcq; noſtri ævi ſit natura, ut externa, quæ in conſpectu magis, atq; omnium ſubjecta oculis vulgi non tantum admirationem amore mixtam, ſed etiam prudentiſſimorum virorum gratiam, favorem & benevolentiam conſequantur multò facilius: Omnes politioris literaturæ ſtudioſi, vitæq; favorabilis amantes, ſtrenuè in id laborabunt, ut decorum & concinnitatem in totius corporis & ſingulorum membrorum ſitu motuq; teneant, ſtatus, inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manus, omnes deniq; motiones eã præſe ferant gratiam, quâ animum virtute præditum, judicent aſtantes, & læta ac hilari fronte, eos aſpicientes dimovere oculos nec intuendo explere deſiderium poſſit.

2. Quorumq; igitur modo agant cum aliis, &

aut ſerio ſermone diſſerant, aut jocentur & rideant, reprehendant quempiam & objurgent, irâ commoveantur, aut amore & lætitiâ vel mærore afficiantur, hoc decorum ore, vultu, manibus, omni denique corporis motu & geſtu exprimant, ut cum venuſtate amorem ſemper ſibi concilient aliquem: ſic de Principe loquitur *Conſ. Dn. D. Zach.* Freidenreich *fautor meus* 23. *pol. p.* 442. Item alios ſe præſtent familiaribus & intimis, alios inferioribus alios ſuperioribus, alios ſuis, alios alienos, alios doctis, alios indoctis: in quem locum vide *Iul. Bell. diſſert. polit. tom.* 1. *diſcurſ.* & quidem quàm maximè ideò, cùm multi actus externos intrinſeci adfectus indicia putent: & non actus tantum, ſed & ipſam faciem intentionum ſpeculum, cum *Tertull. lib. de reſur. carm.* pronuncient, & tacitos oculos cordis fateri arcana, cum Hieron, aſſerunt hominiſque corpus animi emblema certum ponant, atteſtante *Farneſ. lib.* 1. *de ſimulachr. Reſpubl.*

3. Ut autem quævis moratæ actiones, (dummodo non nimiâ & affecta urbanitate, peregrinarum cæremoniarum ſuperſtitioſâ imitatione fiant ridiculæ, venerabiles, placidos & gratioſos reddit homines, præſertim juvenes, certè nulla eſt, quæ majus favori addat augmentum, tum apud viros, tum fæminas, quàm apta & artificioſa ciborum ſecandi & diſtribuendi ſcientia, comprobante hujus artifice Giacomo Procacchi

cacchi inn ſeines Trincier oder Vorleg buchs præfation. weiln es das fürnembſte pertinentz-ſtuck der Tiſchzierd vnd höfligkeit.

4. Hanc antequam vel deſcribamus vel dividamus, prius ſtructoris, deß Triucianten qualitates ex allegati Procacchi *cap.* 2. delineabimus: Jch requirir vnnd erfordere beneben andern zugehörigen ſtücken / das der anfahende Scholar eine von Natur thätige vnnd härtige perſon / nemblichen / wol proportionirtes leibes / guter gerader langen Armen / leichter vnnd nicht ſchwärer Hände ſey / auch daß er beyde Arm zu gebürender zeit zierlichen zu heben vnnd zu legen wiſſe / in gleichen daß er zu den motionibus im ſchneiden ſich nur der zweyen forderſten gelencke an Händen / da die Pulſe ſchlagen gebrauche / vnnd vnter deß die Arme mit jhren Elenbogen ruhen laſſe / vnnd welches ſonderlich abſchewlich ſtehet / ſie nicht weit vom Leibe hindan ſperre / oder ſonſten auch damit groſſe bewegung mache. Jn ſumma / ich wolte auch / daß er nicht allein ſchönes Leibes / ſondern auch höflicher Geberden / vnnd Sitten were / damit er die motiones corporis zierlich machen / das rechte tempo, daran dann ſehr viel gelegen / obſerviren / vnnd alſo den Trinciren ſeinen rechten Schmuck vnnd art geben / es auch damit deſto anmütiger machen möchte. Hæc ille.

5. Hic nemo deſperet aut ſuccenſeat, licet non omnes qualitates in ſe ſentiat & animadvertet, hîc enim deſcribitur artifex, & magiſter, qui Diſpenſatoris, Structoris, Architricliniarii & Tricliniarchæ perfecti titulum meretur. Nos ſtudioſis & Academicis hoc exercitium attribuimus, non ut in hanc rem inſerviant modiperatoribus conviviorum, ſed quando occaſio poſtulaverit, ut convivę ipſis vel ut honoratioribus & dignioribus, vel peritioribus in ea arte & junioribus hoc officium honeſtè imponant, *Althuſ. de civil. converſ. lib. 2. cap 11. part. 328.* non ſedeant tanquam curvi membra movere neſcientes, & trunci in quos dici queat imperitus vulgus ſuo pro more *quod apud autorem* deß Froſchmeuslers. *lib. 2. cap. 2.* imperitus ille cognatus lepori ſtudioſum repræſentanti objicit imperitè:

Ey/ Ey iſt das nicht groß wunder/
    Deins gleichen find man nicht jetzunder
Du haſt deim Kopff ſehr weh gethan/
    Was iſt aber der nutz darvon?
Wozu dient die Koſt vnd Arbeit/
    Die du auffwandſt ſo lange zeit?
Warzu helfft doch? ſag mir das nur?
    Geb auch der Baur ein Wurſt darfür.

Etiam leporis reſponſum: Sæpè enim ab externi cujuſdam ignorantia talem conficiunt ſyllogiſmum in quarta figura, E. tum ad glaucoma obducendum, tum propter utilitates adhærentes

tes ejuſmodi incumbere conſultum ſtudiis, ne nobis ipſis hanc cantilenam canere teneamur:

*Scindere quod nequeo dilacerare volo.*

Et ut noſtros quoq; hoſpites aliquando ſcitè & moderatè excipere & moratè tractare valeamus.

6. Præterea cùm nobis hoc loco ſcientia illa diſtribuendi cibos ſit exercitium & ſtudium parergon Academicis competens, non adeò ſtrictè ab iis exigamus, Das kunſtreiche vnnd ſchöne piegſirea, oder falten der Tiſch vnd Teller tücher / Tafeldecken / auch anordnen derer Teller / ſo der Trinciant, darauff die vorgeſchnittenen Speyſen vber der Tafel zu præſentirn, neben ſich gelegt hat vnnd andern *pertinenzen*. *Brocacchi c.* 1. *p.* 2. magis enim præparationem, quàm ipſam diſtributionem concernit.

7. Multò minus prægustationem, quâ alimenta menſæ impoſita explorantur, ne quid veneni ſit miſtum, *Alth. d. l. part.* 326. cùm illud ſpeciali competat officiario in aulis Principum & Illuſtr. non ſtudioſo, quem nos deſcribimus, duplexque ſit, una ciborum, quæ à Dapifero, altera potius, quæ à Pincerna fit: Hanc differre hodiè ab antiqua ſcribit *Alth. d. l.* Prægustator pincerna olim ex cyatho hauriebat & in ſiniſtram manum effundebat & exſorbebat. Hodiè in ſcyphum argenteum aliumve operculum poculi infundit & infuſum prægustare & delibare ſolet, & poſtea phialã extremis manibus tenet, & convivis præſertim

magnatibus tradit & porrigit, quo magis ſint ſecuri. *Gen. c. 50. v. 13. 14. 21. Nehem c. 2. v. 1. 2. & Cyripad. lib. 1. Stuck. lib. 2. antiq. convival. c. 21. Alth. d. l.*

8. Diſtributio alimentorum eſt, quâ cibi & eſculenta menſa impoſita apprehenduntur, in partes ſecantur & ſingulis diſſecta ad edendum porriguntur. Hinc triplices eliciuntur ſpecies apprehenſionem, diſſectionem & porrectionem. Prima eſt, quâ cibi præfatis debitis cæremoniis & moratis geſtibus cum quadra apprehenduntur; & vocant das imbrocchiren. Hic autem gnarus ſit, quicunque diſtributoris officium ſuſcipere audet, quos nam cibos apprehendat primùm ſcil. liquidiores & concoctu faciliores, quibus ſtomachus vel ventriculis latrans pacatur, & ad alios cibos & alimenta capienda quaſi præparatur, die Voreſſen.

9. Altera ſpecies eſt diſſectio ſeu decora inciſio, apta & commoda incidendi obſonia ratio, quâ ſcire debemus, quæ partes externæ, quæ internæ, cujuſque cibi, quæq; partes magis vel minus lautè & delicatæ, quo honoratioribus & dignioribus ſemper partes meliores & præſtantiores proponamus. *Althus. d. l. p* 327. Cujus præcepta præter demonſtrationem & praxin dilucidè ſatis nos edocet dictus Giacomo Brocacchi in ſeinem Trincier oder vorlegbuch/qui certæ magnitudinis cultros requirit *cap.* 3. *pag.* 5. &

modum

modum ſe exercendi in ligneis altilibus monſtrat. *cap* 4. *p.* 7. donec ad ſpecialia perveniat. *Hinc Iuvenal. Satyr.* 5.

*Inſtructorem interea, ne qua indignatio deſit,*
*Spectantem ſpectas, & cheironomonta volanti*
*Cultello, donec peragat dictata magiſtri*
*Omnia, nec minimo ſane diſcrimine refert,*
*Quo geſtu lepores & quo gallina ſecetur.*

Iudæis dicta eſt fractio, quod probat. *Althus. dict. loc.*

10. Hæc diſſectio & laborioſa eſt, præſertim ſi ſpatium deſit aptum, & paſtum impedit, tum ob laborem, tum quia obſonia ſuo odore olfactum impediunt, appetitumque adimunt. Ergò ſpatium ſtructori eſt parandum, ſæpiuſq; aſſuefaciendus, ut magis cordatè & ſine majori labore pro data occaſione ea quæ didicit uſui tradere valeat: Adde quod interdum in culina & abaco præparatio ſoleat fieri, ne in ſectione à Diviſore ſolæciſmus & indecorum committatur. *Alth. d. l.* Hinc Seneca *epiſt.* 47. in hunc loquitur modum: Alius pretioſas aves ſcindit per pectus & clunes, cæteris ductibus circumferens eruditam manum, fruſta excutit. Infelix qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter ſecet: niſi quod miſerior eſt, qui hoc voluptatis cauſa docet, quam qui neceſſitatis diſcit. *Vide eund. de brevitate vitæ.*

11. Reſtat porrectio, qua ſtructor id quod diſſectum eſt convivis porrigit cultro ſeu quadra.

Atqui hic præſtantioribus, dignioribus, & honoratioribus, qui primo loco ſunt locati primò proponit & porrigit meliores & præſtantiores partes *vid. Sam. 1. c. 9. v. 23. & 24. Plut. 7 probl.* 4. Interdum autem pars præſtantior proponitur charioribus, & quidem fœminis, & rectè tum ob debitum honorem, tum innatum amorem. *1. Sam. c. 1. v. 5. Gen. c. 43. v. 34.* Deinde ordine ſequentibus particulas ſectas præbet & porrigit. Hic meminit Althus. moris, quo abſentibus ex convivio aliquid mittatur. *Suet. in Calig. Stuck. lib. 3. conviv. antiq. c. 3 Athen. lib. 1. Dipnoſ. & alios vide qui de conviviis ſcripſerunt.*

12. Huc pertinent joci & ſales urbani, elegantes, ingenioſi, faceti, qui parci eſſe debent, reiq; natæ accommodi, careant dentibus, non ſint aculei, Senecæ præceptum *c. 16. in Sap. non cad. injur.* obſervantes: Iocis temperatis delectamur immodicis evaſcimur: è contra etiam ferantur ab aliis in nos ſparſi, qui enim dicit, quo vult, audiat, quæ non vult. Comicus. *vide meam diſſert. de politico. poſit. 12.*

## SECTIO V.

## DE SALTATIONE.

1. COncinnam morum & geſtuū venuſtatem adjuvat Saltatio, ſplendor enim comitatis ex moderato uſu manifeſtè apparet.

paret. *Caſus. lib 5. ſphær. civ. c. 8. q. 2.* ſed non tantum, prꝺter hanc enim & ſanitati inſervit ut plurimum, & recreationem largitur jucundam: Ea autem de qua nobis potiſſimum ſermo, eſt apposita & decora pedum, ad certum quendam modum vel numerum, cõmiſtio, exercitii gratia inſtituta; Hanc uti autores damnare vix poſſunt, ita alteram, quæ fit cum utraq; ſexu, averſantur plurimi. Et licet prior ille ſolitariè ſaltandi modus, cum omnibus aliis exercitiis, imò rebus humanis, ſuum patiatur abuſum, tamen is præceptis *partit. 1. de Exercit. in gen.* traditis facillimè medebitur ſcil. ſi exceſſus & nimius uſus præcaveatur, fraus & fœnus præſultorum corrigatur &c. nec video, cur ex eo improbetur, ſiquidem cum omnibus reliquis exercitiis eundem quꝺrit finem voluptatemq; ſectatur honeſtam.

2. Quam etiam admittere videtur *Autor anonymus. tract. de ſaltat. & choreis. c. 7. Ego ex ſtylo Theod. Bezam eſſe autumo.* Humani ſiquidem quod cum pietate non pugnet, alienum à vita communi eſſe quidquam nolumus: adeoq; non minorem ſuo & loco & modo honeſtæ cujuſvis animi remiſſionis cum quadam etiam oblectatione conjunctæ uſum eſſe, quam vel cibi vel potus denique in iſtius vitæ tuenda ratione non ignoramus. Ita nimirum homines omnes ſumus, diutius ut neque diſtentus animus conſtet, ſibi quin fatiſcat aliquatenus, niſi commoda

etiam relaxatione veluti recreetur; neque porro corpus ipſum quibuſdam ſuis exercitationibus prorſus deſtitutum vigorem ſuum retineat, quin & ipſummet concidat, & adjunctum ſibi animum eadem defectione quadantenus affligat. Habenda igitur eſt valetudinis noſtræ cura ejuſmodi, quæ ad honeſtas quaſvis functiones obeundas præſtandasque (quarum eſt in hac vita perpetuus uſus,) nos omnino idoneos comparatoſque reddat. Immo ut ultro aliquando oblectationes quaſdam veluti laceſſe & captare neceſſe erit, ut illarum occaſione moleſtias & dolores animo inſidentes quaſi amica vi à nobis propellamus, Hactenus ille.

3. Veriſſimæ ſunt hæ rationes, ob quas omnia exercitia & toleramus & appetimus, nec ulla illarum eſt, quæ non competat ſaltationi ſolitariæ, ſi enim currere, ſalire &c. honeſtæ ſunt exercitationes, licitam voluptatem reficiendi animi & corporis gratia præſeferentes, nec per ſe vitioſæ, nec cum pietate pugnant, quis jam idem denegabit ſaltationi? Et ſic etiam permittere videretur autor de ſaltat. quando dicit *cap.16. pag.* 108. Eſt quidem hoc nonnihil, ſi tolluntur obſcæna & laſcivæ cantiones (quas etiam nos damnamus, licet ſonus quidem molles procreat animos, non autem ex ſe tantùm promovet libidinem, ſi non adjun-

gantur etiam verba obſcæna aut alia, & ſic intelligo, *dixi ſupr. partit 2. ſect. 1. num. 24.* præterea illa ſaltandi exercitatio, ad modum & numerum fit, peragitur abſque verbis vel obſcænis vel laſcivis, ſed jucundiſſima modulorum conſonantiâ, & ſonus harmonici ſuavitate; non enim quicquid ſuave, jucundum & delicatum, idem etiam eſt obſcænum, luxurioſum & laſcivum: ut in Paſſamezo, Salterello, Galliarda, Chiranzana, Chianchara, Paganina, Baldoſa, Curante, Sarabanda, Imperiale, Dallo de Capelſo, Florentina, Bergameſca, Banana, Siciliana, &c. *Vide Garzon. diſcurſ. 45.*) ſeparentur viri à mulieribus, nec in cætu & apud multos ſaltetur, unicuiq; tantum apud ſe aliquid ejuſmodi agere non prohibeatur *p.* 109.

4. Aſt paulò poſt hæc ſubjungit: Quis non videt domeſticam ſaltationem rem eſſe pluſquam fœdam & indecoram, ſi quis ita ſaltitando geſticuletur ſeſeque exagitet, perinde ac ſi hiſtrio & ſpectator ſibi præeſſet? Hic mihi peccare videtur, & rem hanc non adeò execrandam ſuâ auſteritate, à qua quidem *c. 1. p. 2.* alienus eſſe vult, aſpergere: Nam quid quæſo inde proficiſcitur vel libidinis vel laſciviæ vel ullius deniq; mali? ſi moderatè ad fallendum tempus, agilitatem & ſanitatem corporis, reficiendum animum à moleſtiis, ſaltamus & pedibus ludimus, abſque interventu mulierum? Eſtne Hiſtrionem agere in comœdiis peccatum?

Aut perſonate incedere crimen? Minimè gentium, Hiſtriones non raro publicis in ſpectaculis, de quibus *ſupra part. ead ſect.* 2. ſaluberrima docent populum, ſuâq; geſticulatione vanâ faciunt, ut juvenes ab illa abhorrere diſcant: Quemadmodum veteres juventuti exoſam ebrietatem reddere volentes, ebrium ipſi monſtrârunt, ut inde exemplum caperet eam fugiendi. Perſonatæ veſtes in comœdiis audaciam perſonæ loquenti ad populum, & quidem ſæpè talia, quibus redarguitur, affert: nec non ſæpè multis uſui fuit, quo hoſtibus & inſidiatoribus aufugere potuerint &c. Res igitur uſu æſtimatur, aut certè æſtimanda eſt.

5. Quæ uti non raro gratiam, ſi apto fiat loco & tempore, parit; ita quoque ſi loco & tempore inconvenienti peragitur damnum infert: Hippoclides Tiſandi filius, matrimonium cum Clyſtenis filia deſultavit, unde natum proverbium: Hippoclide hoc matrimonium deſultaſti. *Herodot. lib.* 6. Ita Cancellarius quidam Comitis Schvvarzenburgenſis, ex ebrietate ſaltando officium ſuum perdidit. Inde patet, modi, temporis loci & perſonarum qualitates ubiq; eſſe attendendas. Saltatio perinde eſt ut uſurpas, ſi in malum finē, mala: ſi corporis causâ, bona eſt & ſuo tempore inſtituenda. *Eryc. Putean, lib. conv. ſerm. p* 50.

6. Annon David coram arca Domini ſaltavit? 2, *Sam.* 6, Annon Maria Moyſis ſoror

Pharaone

Pharaone ſubmerſo cum aliis mulieribus choreas duxit? *Exod.* 15. Nonne fœminæ Iſraeliticæ carminibus & choræis victoriam Davidis cæſo Goliatho celebrârunt? 1. *Sam.* 18. & *Iudicum c.* 11. *Nonne Iudith c.* 15. idem fecit? Et abſque peccato. At inquies cum *d. Autore cap.* 18. *p.* 121. veteres illas ſaltationes à noſtris differre, nihilque cum iis habere commune. Non eo inficias omninò: ſiquidem eò illi geſtus & motus ſpectabant, ut affectum ſincerum in prædicandis Dei laudibus teſtarentur: Finis certè bonus, imò & noſtræ bonus licet non idem, ſcil. agilitas & exercitatio corporis, recreatio mentis; nec ſtatim huius rei gratiâ, honoris, nominis & conſcientiæ adimus periculum, prout per petitionem principij *dictus Aut. cap.* 17. *p.* 113. argumentatur.

7. Verùm à reliquis uſitatis choreis Nuptias & convivia inſequentibus multum imò plurimum differre exempla ſcriptura allata, in iis enim permiſtos fuiſſe mulieribus viros nuſpiam notari poteſt, neque etiam illæ quotidianæ recurrebant. *p.* 123. Plurima Ethnicorum & Barbarorum exempla collegit *Thom. Garzon in piaz. univerſ. diſcurſ.* 45. *p.* 254. quem vide; ſed cave omnes probare, alias Baalizares, imò & referunt Chriſtianos, qui jam in Syria degunt, die reſurrectionis Domini & aliis in feſtis celebrioribus ad templa confluere cum lyris & pſalmos concinere unaq; ſaltare ſeorſim viros & mulieres ſeorſim.

*Quaſt.*

8. An autem choreæ illæ, quibus viri & mulieres promiſcuè ſaltant inter Chriſtianos ſint ferendæ, arduæ quæſtionis eſt? Magna etenim autorum in hac eſt diſcrepantia, quorum plurimi eas damnant & exilio tradere hanc licet inveteratam conſuetudinem, ſuadent, propterea, quia multorum malorum fomes ſunt & origo, protervos ac corruptos efficiunt adoleſcentes, neq; rarò impuros amores in utroq; ſexu ꝓvocant ꝓritant. *Philelph. lib.* 3. *de educ. li. c.* 6. Eiuſmodi illecebris & eos, qui choreas ducūt & ſpectatores ad impudicitiam imitantur, ac naſcitur ſaltatio ex compotatione & animi levitate. *Szeged. de chor. tab.* 1. epulas lautiores ſequuntur & nihil niſi laſciviam crepant. *Aut. d. tract. cap.* 18. *pag.* 124. Nam nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanus, nec in ſolitudine, nec in convivio moderato & honeſto, intempeſtivi convivij, amæni loci, multarum delitiarum comes eſt extrema ſaltatio. Cic. pro Muræna. *adhibe D. Sebaſtian* Brandt in Narrenſchiff. *capit.* 61.

9. Inſtituuntur ad carnis titillationem. *Aret.* 2. *probl.* 169. & ridiculam geſticulationem, prout Jul. Cæſar Scaliger dixiſſe fertur: ſe non vidiſſe maiores ineptias in orbe, quàm ſaltationes; cui quilibet adſtipularetur, huius moris

ignarus,

ignarus, quando mares ſimul & fœminas ad membranæ ſtrepitum aut chordæ ſonitum videret manibus ſe invicem apprehendere, picarum & ſimiarum inſtar exilire, tripudiare, caput, pedes & totum corpus jactare, gyros efficere, curſu præcipiti certare, in mutuos complexus ruere; nihil enim aliud in animum ſibi poſſet inducere, quàm hos omnes mente captos & furoris quodam genere peculiari correptos eſſe. *Ludov. Vives libr. 1. de inſtit. fæm. Chriſt.* (ubi utile judicat, ne virgo ad ſaltationes aſſuefiat.) aut cum Alphonſo Arragoniæ & Siciliæ Rege, mulierem impudentius ſaltantem vidente, in hæc prorumperet verba; Expectate Sibilla edet oraculum, ſentiens inſaniæ genus eſſe ſaltationem, *Panormitan. libr. 2. de reb. geſt. Alphonſi:* non enim aliter ab inſano ſaltatorem judicabat differre, niſi quòd hic dum ſaltat, ille dum vivit inſanus ſit.

10. Hæc igitur & aliæ ſaltationum abuſiones adeò creverunt hodiè, ut etiamſi corruptelas acceſſorias expungere, re ipsâ manente, laboraremus, vix dextrè expendere & effectui tradere poſſemus: ſiquidem ita inhæſiſſe vitium ſaltationi, ut in eandem cum illa naturam prorſus coaluerit, ſcribit. *Autor. d. tr. p.* 107. nec mediam aliquam rationem eius vitij tractatio admittit, &c.

11. Hinc Laodicenſe Concilium & multi

Canones

Canones eas improbant. *c.26.q.7.c.ſi quis diſt. 34.c.presbyteri, &c.* Fridericus III. ſemalle aiebat febricitare quam ſaltare. *Æneas Sylv.lib.4. comment in Panormit.de reb.geſt.Alph.* Demoſthenes Comitatum Philippi Macedonis apud populum Athenienſem incuſans, nihil gravius in ipſos potuit dicere, quam quod ebrij ſaltarent, & Rex prudentes & probos viros, quòd ſaltationem non ferrent à ſe repuliſſet. *Ludov. Viv.lib.1.de fœm.Chriſt.* Domitianus Cæcilium Ruffum ſenatu movit, quod ſaltaſſe diceretùr. *Xiphil. in vita Domit. Alex.ab Alex. lib.2.cap. 26.* Imò quicunque habuerunt curam gravitatis damnarunt ſaltationes. *Calv.ſuper.cap.14. Mat.* meritriciæ illas laſciviæ notas: laqueos & ſcendala. Martyr. circulum, cuius centrum Diabolus à quo omnes virgines dicantur in ſiniſtra manu in ſignum malitiæ. *Gutlielm.Lugdun.ſuper Evang. & alij,* Græci cordatiores & Romani poſteriores ſapientiores eas repudiârunt. *Vide Auguſt.in Pſalm.33.dicentem:* Melius eſt toto die fodere, quàm die ſabbathi ſaltare. *Lorich.de inſtit.Princ. c.73.*

12. His omnibus libenter largimur, ſaltum in chorea eſſe ſaltum in profundum inferni, *Diſcip.de temp. & cloaca. Chyſoſtom hom. 58.in gen. & cap.14.Matth.* ſi cum Autore ſæpè citati *tr.c.2.* definiunt, quod in promiſcuo cœtu tum hominum tum mulierum ſeſe circumagitantium ad ſonitum vel ſtrepitum vaniſſimarum & me-

& merè profanarum cantionum eius unius rei gratia, ut voluptas ex illis vel præbeatur vel capiatur: hancque definitionem eodem ſenſu accipiunt cum ipſo, qui ſe *cap*.18.*pag*.1?4.explicat, quas ſcil. intelligat cantiones, quando ſcribit: quò quæque cantio obſcænior eſt, eò gratior omnino eſt, ne vid. uſpiam non ſibi reſpondeant proterviendo & actus & affectus. Per voluptatem non aliam intelligit quàm beluinam, quod tota probat ipſius tractatio.

13. Aliàs voluptas fit modo utendi vel honeſta vel arguenda *Macrob. in Satur*. Ergò quamvis multum mali ex choreis oriatur, & habeant non admodum obſcura pericula, tamen per ſe non ſunt impiæ & ab honeſtis honeſtè fieri poſſunt. *Brentius ſuper Matth*.13. Fides & charitas Chriſtiani hominis ſaltando non deperduntur: etiam pueri ſine ulla reprehenſione aut caſtitatis periculo ſaltant. *D. Lutherus in poſt. Eccleſ*.2. *poſt Epiph*. & ſapiens Rex monet, ſuum quoque tempus eſſe ſaltandi.

14. Præterea monendi omninò ſumus, inveteratas conſuetudines aboleri nec poſſe nec debere. Non poſſunt, quia per eiuſmodi abolitiones populus non rarò offenditur, tumultus excitãtur, confuſio oritur, & multa alia, è quib. infinita ſuccreſcunt mala, in hac Romuli fœce tolerantur, quam ipſæ ſaltationes ſunt, quarum exceſſus bonis legibus corrigi poteſt, ut jam dicemus.

15. Non

15. Non debent, quouſque ſpem habemus inveſtigandi media, quibus moderatio aliqua rei inconvenienti inducatur: Quò igitur maiora metuenda pericula, eò maior Magiſtratui competit cura, quæ leges ſanas producit, ſicuti in hoc puncto multæ Civitates Imperiales, Ratiſpona, Noriberga, &c. optimas habent conſtitutiones, in jhren Hochzeitordnungen/ da einer wegen deß drähens ein Reichsthaler / ohne Mantel dantzens zehen Gülden/ zur Straff geben muß/ꝛc. ibique lictores ſingulis choræis nuptialibus adſunt, qui transgreſſorem Magiſtratui produnt; Ibi certè non tanta eſt aſotia, quæ moveat quempiam ut ſaltationes omnes repudiandas ſtatuat.

16. Primò fiant honeſto loco, ſint honeſti & verecundi homines, qui choræas ducunt. *Oſiander ſuper c. 6. Marc.* non fiant in tempore ſacris deſtinato. Sint modeſtæ, graves, jucundæ, diurnæ potius, quàm nocturnæ, pericula der Abend Däntz *innuit* Autor deß Froſchmeußl. *lib. 3. c. 3.* parentes & ſeniores, quos adoleſcentes vereri coguntur, ſpectatores habeant: Adde quòd non rarò per hanc occaſionem conditiones conjugiorum honeſtiſſimorum procurantur, & prima q. fundamenta locantur; quanquam nec hoc admittere vult *Aut. d. tr p.* 115. *Vide Lucian.* Alex. *ab* Alex. *Philelph. Foxium de Regis inſtit.*

17. Olim ſaltationum genera fuerunt varia,

tum

tum pacifica, tum bellica, quæ deſcribit *Mercurial. de art. gymnaſt. lib. 2. cap. 6. & 11. & lib. 5. cap. 3. & 8.* Et Hiſtrionum ſua quædam fuit ſaltatio mimica, quâ poëtarum fabulas & res omnes ita ſuos per geſtus exprimere poterant & repræſentare, ut de iis Demetrius Cynicus attonitus exclamârit, Audio homo quæ facis, non video tantum, ſed mihi manibus ipſis loqui videris. *Lucian. de ſaltat. Cæl. Rhodigin. lib. 5. c. 3. Vide ſupr. n. 26. partit. 2 ſect. 1. Huc pertinet* das ſpringen / auch voltiſiren / *de quo ſupr. partit. 3. ſect. 2. n. 6. &c.*

## *SECTIO VI.*

## DE DEAMBULATIONE.

1. FRequentiſſimum omnium eſt, & uſitatiſſimum deambulandi exercitium, tum propter facilitatem, quæ omnibus patet, tum propter ſingularem utilitatem cum jucunditate miſtam, quam ſecum fert, & eandem ſatis apertè ſapientiſſima natura demonſtravit, quæ mirifico quodam artificio, ſingularique & prompe divina providentia nobis pedes non ob aliud fabricavit, niſi ut deambulare, atque deambulantes actiones illas, ad quas nati ſumus, perficere valeremus. *Hieron. Mercur. 2. lib. 3 de art. gymnaſt. c. 2.*

2. Cu-

2. Cuſtodienda igitur & adiuvanda eſt præſertim à ſtudioſis, quibus prę reliquis hominum generibus accommodatiſſima, eò, quòd ſi ullæ exercitationes corporis inveniuntur, quæ valetudinem conſervare, imbecillitatem à morbo contractam pellere, & bonum corpori habitum comparare valeant, una certè erit deambulatio, quæ dividitur tum à motu ipſo, à quo eius quaſi eſſentia exiſtit, tum à loco, in quo perficiuntur, & denique à tempore.

3. Motus ratione deambulationes ſunt aliæ celeres, aliæ tardæ, aliæ vehementes, aliæ remiſſæ, aliæ multæ, aliæ paucæ, aliæ mediocres, aliæ longæ, & rectæ, aliæ breves & reverſivæ, atq; hæ vel totis pedibus, vel ſummis digitis, vel calcibus: Ex ſibi jam deligere poteſt Academicus, eam, ſuæ quæ perſonæ potiſſimum conducit, quamq; conditio loci, temporis & aliarum qualitatum ſuadet, videbit, hoc ſi fecerit, aptiſſimã eſſe, ut animum remittat, ſpiritum commutet, inque ordinem adducat, quæ diſtenta ſunt ſolvat, facilem reſpirationem reddat, inſtrumenta ſenſus roboret, ventriculum firmet, &, quod maximi refert omnem affectionem, quæ laſſitudinis ſenſum infert, & perturbat, explicet, atq; diſſolvat. *De his Medici plura.*

4. Locus quoque variam reddit deambulationem, cùm illa fiat in montibus, & vel aſcendendo vel deſcendendo, vel per vices, quæ valdè probatur *Cornel. Celſus lib.* 1. *c.* 2. quòd varietate

qua-

quadam corpus univerſum moveatur: Hæc in viis planis: illa in æquali: hæc in inæquali peragitur via: altera ſub porticu, altera ſub dio vel ſole. Illæ autem ambulationes ſunt optimæ, memoriamque firmant, quę in locis amænis & atriciis ad ripas fluminum & maris littora inſtituuntur: Jucundiſſima enim eſt navigatio propè terras & inambulatio propè aquas.

5. Tempore ultimò diſtinguuntur deambulationes, quæ fiunt vel hieme vel æſtate, vere vel autumno, manè vel veſperi, ante cibum quæ vehementiores, vel ſumpto cibo, quæ remiſſiores eſſe debent. Amaſis Ægypti Rex mandavit ne prius cibum caperent, quàm centum & octoginta ſtadia percurriſſent. *Diod. Sicul. lib. 9.* Nonius apud Varronem dicit: alios ad excitandam ſitim ambulatione uſos fuiſſe: & in lege Mænia ſcriptum erat: Exercebam ambulando, ut ſiti capacior ad cœnam veniret guttur. Aſt:

*Poſt cœnam ſtabis aut paſſus mille meabis.*

Notandum, deambulariones modicas fieri plerunque debere, peractis reliquis exercitationibus, non enim permittunt ut caro p æ labore colliquitur, ſed ipſam purgant. *Hippocr. 2. de diæta. Mercur. lib. 5. cap.* 11. *&* 12. de deambulationum qualitatibus.

6. Huc pertinet vectatio currulis, *Merc. 3. cap.* 10. *in lectica & ſella c.* 11. *&* 6 *c.* 10. *in traha.* im Schlitten. Navigatio. *Id. lib. 3. c.* 13. Erectum ſtare. *Id.*

re. *Id. c, 3.* & *lib. 6, cap. 1.* De curſu *ſupr. partit. 3. ſect. 2.*

## SECTIO VII.

## DE ARTIBUS MECHANICIS.

1. NOn ſolum in iis quæ hactenus tractata, Academicus ſe exerceat, ſed etiam non inconcinnè, animi gratia interdum aliquid operis mechanici conficere poteſt, id quod maximi Principes fecerunt, quos hic brevitati ſtudentes præterimus. Licet enim profeſſio ſtudioſorum & artificum mechanicorum diverſa planè ſit imò vulgò contraria, quod innuit antiquus ille autor, Rodericus Epiſcopus, in ſeinem Spiegel Menſchliches Geſchlechts vnd Lebens *c. 24. p. 58.* Das end darinnen dieſe Künſt geordnet ſind / iſt / erfüllen Menſchlichs gebrechens. Sy werdent auch Handwerck von der Hand genennet / wann ſy machent / das die Vernunfft allein den Händen vnnd dem Leib wartet. Vnd eigne Vbung zu tugentreichen Werckē gantz verlaſſet / als ein Ehebrecher ſein Gemahl / darumb werdent ſy auch zu Latein artes mechanicæ, das iſt / Ehebrüchige Künſte genennet. Ex hac diverſitate profeſſionis videtur naſci deſpicientia, ex illâ odium, da die Studenten mit der Handwercksburſch gar ſelten ſtellen können vnd ſich vertragen.

2. Atta-

2. Attamen hoc non eſt perpetuum, cùm in ipſis mechanicis non raro ingenium vires ſuperet, hinc non indignum Academicis, eas parcè & moderatè aſſumere, quibus contemptui non habeantur aut ſtoliditatis arguantur, quæque vel Oeconomiæ, vel cæteris exercitiis ut Architecturæ, fortificationis, Artelleriæ, &c. *Daniel* Speckle *part.* 1. *c.* 1. von Veſtungen. vel denique ipſis Muſis inſerviunt, quod ipſe quoque innuit *Rodericus Epiſcop c.* 23. *p.* 54. Sölliche Handwerck vnnd Weſen der Menſchen / mügend von einem jeden Biderman vber eerlich geübet werden. In omnibus eiuſmodi artificiis potiſſimum floret Italia, & in ea Mediolanum, de quo proverbium ortum: Che chi voleſſe raſſetare Italia, ſi roina Milano, id eſt, Mediolanum deſtruendo, Italiam quorumvis artificum copia inſtrui poſſe.

3. Eiuſmodi autem ſunt, ars plaſtica, fingendi, in Gibs / Leymen oder Wachs / boſſ ren. Statuaria, ſculptoria, de quibus *Garzon* in ſeinem *piazz. diſcurſ.* 92. tornearia, *Idem diſcurſ.* 105. aurifabraria, *Idem diſcurſ* 51. ars conficiendi horologia, *diſcurſ.* 79. Molinaria, *diſcurſ.* 65. Inſtrumenta varia muſica præparandi. *diſcurſ.* 128. Specula faciendi. *diſcurſ.* 144. hæc fundamentum habet in optica *Vide de ſpeculi origine Everhard. à Weyh.* Studium antiquitatis, quæ vel in monetis, cuius ſpecimen nuper edidit *Iohan. Iacob. Luck. in ſyl-*

*in ſylloge numiſmatum elegantiarum, unius ſeculi:* vel in monumentis conſiſtit, de quibus *Chytreus in delit.itin.* Huius ſtudioſus quilibet peregrinans, eſſe debet quod alij ſuaſerunt alibi. *Vide Garzon.diſcurſ.*147. Ars typographica, de cuius inventione varij variè. *Vide Michael.Majer.in Viris invent.Germ.c.*5.*Pancirol.in novis repert.tit.*11.*p.*589. *& in eum Salmuth.Garzon.diſc.*128.*Hieron.* Gebvvilerius in *paneg. Carol.p.* 9. Argentinenſibus aſſcribit compactio librorum, &c.

4. Hæc ſunt artificia, quæ ſtudioſis παρέργως etiam competere videntur, tum quòd in quibuſdam ingenium militat, quædam ſtudiis inſerviunt ipſis, aut certè alia exercitia faciliora reddunt; Nec non iis, quàm maximè neceſſe habent Academici, ne forte in emendo decipiantur, ſed quacunq; datâ occaſione de iis judicium ferre valeant.

*Trahat ſua quemq; voluntas:*

& non ea tantum, ſed & vitæ ratio & ſtatus conditio. Breviſſimis autem hoc loco eorum fecimus mentionem, quia ſingulorum tractatio nos admodum diu detineret, aut fortè etiam ab alio propoſito, in quod reſervamus;

*Tu interim conſule Garzonem, Rodericum & alios.*

## *Accessoria.*

5. Hic ne Medicis anſam ſuccenſendi aut ſiniſtrè de me judicandi præbeam, quòd Anatomiam, artem Botanicam & Diſtillatoriā huic inſeram catalogo; ſciant, me non eo animo, quaſi Mechanicis annectere vellem, feciſſe, ſed quia ſunt erga & ſpeciales profeſſiones, ad Medicos præcipuè pertinentes, nōnulli autem vel Theologorum, vel ICtorum falcem in Medicorum meſſem ſi mittunt, exercendo numeratas artes, certè pro exercitiis & parergis habebunt: Iis igitur ita volentibus, ne quid ex illis, quæ exercitiorum nomen merentur, hodierniq; uſus ſunt, deeſſe videatur, inter acceſſoria referre volui: Tu lector dextrè interpretare.

6. Minus veteribus uſitata, & vix aliter, quàm in animalibus brutis exercita diſſecandi ars; quinimò & longo tempore planè neglecta, magnas tenebras Medicorum ſcientiæ offudit; cum in exacta corporis humani, tam internâ, quam externâ notitiâ, hæc præcipuè conſiſtat. Et fruſtra ſanè qualiacunq; remedia adhibentur, non exploratis prius morborum cauſis, & niſi de ægri corporis diſpoſitione penitius conſtet. Quare ſummo divinæ benignitatis judicio ultimo hoc ſeculo, Anatomica non tantum revixit, ſed & accuratiſſimo ſummorum virorum ſtudio ad metam uſq; pervenit, omnibuſq; fermè in Academiis exercetur, & cuiuſcunq; profeſſionis ſtu-

dioſis liber relinquitur aditus. Academia Lugdunenſis elegantiſſimũ exteris monſtrat Theatrum Anatomicum, in quo ſceleta reſervantur. *Vide Garzon. diſc.* 36. De hac jam ſatis, illa etenim nobis magis placet anatomia, *de qua ſupr. ſect.* 4.

7. Ars Botanica, quâ herbarum & fruticum vires & naturam cognoſcimus, una eſt è jucundiſſimis, & potiſſimum exercetur in Academiis Italicis, quamvis & reliquæ omnes in his laborent, ita quidem ut huic uſui deſtinatos hortos nobis exhibeant, Leidenſis, Tübingenſis, &c. Huc pertinet tota Hortulanorum ſcientia, ut Implantatio, inoculatio, tranſpoſitio fiſtulatia, &c. *Vide Garzon. diſc.* 23. *&* 146.

8. Deſtillatoria ars, ad Medicinæ alteram ſpeciem ſc. Chymiam pertinere videtur, hac ingentes & admirandos naturæ fructus producimus, de quibus alij. Affinis huic eſt Alchymia; huius ſimij frequenter è figura Solis, (qui Alchymiſtarum planeta.) circulo ſc. cum centro ☉ centrum tollunt remanente nulla O. *Vide de hac Lather. de cenſu. lib.* 3. *c.* 11. *Mariam Speltam* in der Klugen Narrheit/ *lib.* 2. *c.* 9.

PARTI-

# PARTITIO V.

## De

## *ANTIDOTO EXERCI-tiorum ſcilic.* BACCHO *&* VENE-RE.

MUlta libavimus hactenus exercitia, & ut plurima, omnia tamen Academicis pro ratione perſonarum, vitæ & conditionis conveniunt, dummodo abuſus omni qui inhæret rei tollatur. Verùm ne quid deeſſe videatur, ex iis quæ inter ſtudioſos etiam παρέργως & acceſſoriè tractantur, lubet hic coronidis loco inquirere, quantum Bacchi & Veneris exercitium noceat, quantum idem permitti poſſit.

## Sectio I.

## De Baccho.

1. Academicorum exercitiorum antidota tractaturus initium facio à Baccho ſeu Jano, vini Deo, & quidem propterea, quòd huius Dei cultus, quem potando exercēt, hodiè tam ſit frequens, communis & uſitatus, ut non tantum in morem & conſuetudinē abierit probandam quaſi, ſed etiam laudis coronam inde deportare ſibi poſſe plurimi ſomniârint: Quis enim eſt qui non videat? ſæpè numero pro miraculo recitatos veteribus ſtrenuos potatores: Quemadmodum Athenienſium legati domum reverſi Philippum Macedonum Regem laudib extulerunt, quod optimus potator eſſet, quibus tamen Demoſthenes reſpondit, habet hanc virtutem cum ſpongia communem, *Plut. in Demoſth.*

2. Quis item eſt, qui neſciat? in veniam non tantum veniſſe potandi artem, ſed præmiis provocari magnis: Nonne Alexander Magnus talenti pręmia proponebat iis, qui pocula vini ampliora ſiccarent: ſicuti in eiuſmodi certamine, quadraginta, effuſis viſceribus, propemodum ſpectante Alexandro, crepuerunt & perierunt, *Bodin. de Rep. lib. 4. c. 4.* unico Promacho victore tres dies vivente, Plutarch. in quos loqui videtur

detur. *Loricn. de inſtit. Princ. tit. de perpet. aulic.* ſunt qui aureos in grandis ac pleni poculi fundum demerſere nummos, quos uno impetu, qui tuburcinatores illud exhauriunt, lucrantur. Annon legatus ex extero quodam regno nõ ſolum inſigne monile, ſed etiam annuas pecunias compotationis victoria domum retulit? *Kirchner. lib. 2. de legat. c. 3. n. 57.*

3. Imò non raro magnis potatoribus officia mandant Principes primaria, proquę columnis Imperij habent, ita ut ſine iis florere Remp. non poſſe somniant; quemadmodum ex Biberij cuiuſdã aulici ore ſe aliquando intellexiſſe ſcribit *Herman. Lather. de cenſu lib.* 1. *c.* 10. qui fortiter bibendo, ingenteſque ſcyphos evacuando exiſtimationem dignitatemque aulicam conſervare ſe poſſe falſiſſimè ſibi imaginabatur, ſuamq; operam longè utiliorem doctiſſimi conſiliarij aulici opinabatur.

4. Nec non in ſcholis & Academiis, quæ ſalutis publicæ & virtutis ſeminaria eſſe debebant, ſub prætextu conceſſi privilegij, & flagitiorum creſcit auctoritas, & publica vacillat utilitas, in quibus tanquam in Mithrydaticis compotationibus maiori laudi ac gloriæ vertitur, egregium potatorem, q̃ inſignem oratorem haberi. *Kirchn. in orat. de fatalib. Academ. diſsipat. & Ruin. p.* 33. Id quod etiam *Æneas Sylvius lib.* 1. *comment. de dict. & fact. Alphonſ. num.* 41. probat, de Leonardo Felſechio nobile hiſtoriam

referens, hic cùm in Lipſenſem perveniſſet Academiam, deque ſobrini ſui ſtudiis & moribus ibidem literis merentis, diligenter ut fieri ſolet, perquiſiviſſet: homo qui noſſet eum & coadjutor eius eſſet, optimè, inquit, ſe habet amicus tuus. Nam inter mille & quingentos, qui adſumus ſcholares, hic unus bibendi palmam obtinet. Neq; ingrata ſeſe homo nunciaſſe putavit. Eſt enim mos apud Saxones, dum conveniunt, hos primo loco ponere qui plus adbiberint, cumque ludum ad æquales hauſtus compotationem vocant. *Hæc ille. Vide infra poſit. 17. de politico.*

5. Hunc morem ſeriò conqueritur Bartholom. Ringwaldt in ſeiner lautern Warheit. *cap. 9. p. m. 61.*

Wann jetzt die Leuth zuſammen kommen/
So wird das ſauffen fürgenommen/
Das muß bey allen in gemein/
Die allergröſt verehrung ſein.
Da mancher dann wird ſo verehrt/
Das er ſchier weder ſicht noch hört/
Darzu die Bein nicht kan erheben/
Noch mit der Zungen antwort geben.
Deß morgens wirds mit aller macht/
Vom Wirt gepreyſet vnd belacht/
Das er den Gaſt gantz wolgeacht/
Ein guten rauſch hab bey gebracht.
Wenn aber das dem Gaſt gelingt/
Das er den Wirt zu boden ſchlingt/



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/298 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

So kitzelt er ſich gleich damit/
Vnd rümbt es offt in ſeinem ritt.
Sih alſo iſt in allen orten/
Das ſauffen ein gewonheit worden/
Das man es auch im Hertzen ſtill/
Für keine Sünd mehr halten will.

*O tempora, O mores!*

6. Hæc potandi conſuetudo, quò communior hodiè, eò certè magis improbanda, legibusque & ſtatutis coercenda, prout benè monent *Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 2. cap. 9. n. 29. & ſeqq. & lib. 1. cap. 11. num. 33. & ſeqq.* & nuper Civitas Argentinenſis ſalubre mandatum ſuis promulgavit, ut à nimia illa ingurgitatione, præſertim in vicis finitimis cives abſtineant omninò: Hîc lubet ex antiquo Wimphelingi tractatu ad Argentinenſes ſcripto quædam referre ſic ſonantia: Duabus rebus beatior erit Argentina, quorum alteram Johan. Geiler Keiſersberg. veſter ſapientiſſimus & integerrimus concionator per ſæpè inter orandum commemoravit. Quid ſi filij, quibus ingenium natura dedit, dum adhuc ad mercaturam, ad militiam, ad coniugium, per ætatem minus ſunt idonei literarum ſtudio traderentur: crebræque commeſſationes in publicis conviviorum domibus, (quas ſtubas vocant) reprimerentur, ne boni cives & præſertim opifices irreparabile tempus & pecuniam alea perderent.

derent, tantoque ſumptus & impenſas pro ſua quiſque perſona una die facerent; quanti pro ſeſe, uxore & liberis biduo domi educandis ſuffeciſſent: tum demum ſperarem ego veſtram Rempub. præ cæteris Germaniæ civitatibus futuram eſſe felicem: imò Germaniæ decus & Imperij coronam jure eſſe appellandam, quam nec alia quævis urbs aut Reſp. facilè ſeſe contendat æquare. Hactenus Wimphelinus.

7. Aſt paupertas non ſolum eſt damnum quod ex ebrietate deſcendit, infinita alia ſunt. Quatuor enim pocula ebrio porriguntur: 1. ad ſitim. 2. ad lætitiam. 3. ad voluptatem. 4. ad ebrietatem. Ebrioſo ulterius. 5. ad iram. 6. ad litigium. 7. ad furorem. 8. ad ſomnum. 9. ad morbum. 10. ad perpetuam inſaniam. *Waremund. ab Erenb. in medit. pro fœderibus. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 111. In tria compendifacit pocula hæc decem Chriſtian *Matth. lib.* 3. *Syſt. Eth. diſp.* 4. *p.* 174. in neceſſitatis hilaritatis & voluptatis. Aliter Anacharſis, qui tres in vite botros naſci dixit, primus ſanitatis, alter voluptatis, tertius iniuriæ, quartus inſaniæ. adhibe convivium cæſalinum *apud Guaz. pag.* 543. Propiretates ebriorum & ebrioſorum, (qui maximè ſunt diſtinguendi, ſecundum omnium autorum ſententiam,) deſcribuntur his verſibus:

Hic

*Hic eſt clamoſus, nimiu hic eſt litigioſus,*
*Diſputat hic, villæ per compita curſitat ille,*
*Hic vomit ille vorat, ſic Bacchi turba laborat.*

*Adhibe omninò Bartholom.* Ringwaldt. *d.l.c.9.* von mancherley Art der Trunckenheit. *p. 66. & ſeqq. uſq; ad p. 73.*

8. Primum poculum ad ſitim quod datur, rectè aliis neceſſitatis dicitur, cùm homo ſuſtentandæ vitæ cauſa cibo & potu indigeat: hinc vitis à vita dicitur, quam vino mediante ſuſtentat, huc refer *c. Moyſes 32. q. 2.* Anima quia ſpiritus eſt in ſicco habitare non poteſt: nec quidquam eſt aliud vino modicè ſumpto utilius. *Plinius lib. 14. c. 5.* & D. Paulus vino uti jubet Timotheum *ep. 1. c. 5. v. 23.* propter ſtomachum & frequentes infirmitates.

9. Alterum poculum lætitiæ & hilaritatis fundatum eſt in ſacris literis, ut *Prov. 31. v. 5.* Date ſiceram mœrentibus, & vinum iis, qui amaro ſunt animo, bibant & obliviſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui non recordentur amplius. *& Deut. 29. v. 6.* vinum & ſicera coniunguntur. item *Iud. 13. v. 7. 9. v. 13. Pſ. 103. v. 15.* vinum ideò condidit Deus, ut lætificet cor hominis: nec hominem ad triſtitiam creavit, *Prov. 17. Eccleſ. 7. Syrach. 30. 31. 38.* Sic Solon, Arceſilaus, Cato & alij vino laxaſſe animum ſcribuntur, curis publicis fatigatum: at facilius efficiet, quiſquis obiecerit, hoc crimen honeſtum, quam viros illos turpes, inquit *Senec. de tranquill. animi. c. 15.*

ubi & hæc verba præpoſuit: Nonnunquam & uſque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, ſed ut deprimat. Eluit enim curas & ab imo an mum movet: & ut morbis quibuſdam, ita triſtitiæ medetur: Liberque non ob licentiam linguæ dictus eſt inventor vini ſed quia liberat ſervitio curarum animum, & aſſerit, vegetioremque & audaciorem in omnes conatus facit. Sed ut libertatis, ita vini ſalubris moderatio eſt. *Sen. Vide de poculo hilaritatis. Chriſt. Matth. d. l. p.* 175.

10. Tertium poculum ad voluptatem dicitur, & hoc videtur convenire cum quarto quod ad ebrietatem tendit: Utrumque non ſimpliciter damnandum eſt: Nam datur voluptas bona, & ebrietas non ſemper eſt mala; utpote hilaritas eſt janua ebrietatis & lubricus gradus eſt ab hilaritate ad ebrietatem, quæ in bonum quoque virum cadere poteſt, nam facilè ſibi perſuaderi patietur is, qui cogitat, accidere poſſe, ut qs urgente magnâ ſiti, plauſibili & amica cõverſatione perſuadente, vel ẽt per imprudentiam, nec ex propoſito & inſtituto, nec ingluvie, ſerenandæ non turbandæ mentis gratia, vino pręter modum hauſto ſuperetur. *Cl. Dn.* Bernegger *in dodec.* 8 *german. Taciti q.* 1. Ergò culpâ vacat, vel certè à graviore eſt aliena illa ebrietas, erroribuſq potius q̃ vitiis annumerãda: prout in Noacho apparet, qui primus ex uvis exprimendi vini inventor, ad unius horæ ebrietatem nudavit

femora

femora ſua, quæ per ſexcentos annos cõtexerat, ut loquitur *D. Hier. in ep. ad Oceanum*. ſed forſan non atrociori peccato, cum & τὸ ποσὸν quantum ſit bibendum, & τὸ τρόπον modum, quo ſumendum vinũ ignorârit. Et de eiuſmodi liberaliore, honeſto tamen potu accipio *illud Gen.* 43. *v. ult.* quo de fratribus Joſephi dicitur, bibiſſe & inebriatos fuiſſe cum eo *& Ioh.* 2. v. 10. cùm inebriati fuerint. Hodiè vocant ein Chriſtlich Trüncklein/oder Theologiſch Räuſchlein.

11. Deteſtanda jam ſequitur ebrioſitas, de quâ mallem tacere, quàm verba facere; Eſt n. omniũ flagitiorum mater, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubverſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis voluntaria inſania, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela. *D. Auguſt. ad ſacr. Virg.* Ebriari eſt ſenſuum facultates amittere, exire de poteſtate rationis, judicij, mẽtis: planè ex homine fieri vel pecus vel ſaxum. Quæ deinceps ſequantur, facillimum eſt coniecturare: loqui & neſcire quid loquaris; ſi quid commiſſum eſt tibi arcanum, maximè celandum, effutire: atq; ea dicere propter quæ te & tuos, & ſæpè patriã ac provinciam univerſam in grave diſcrimen adducas, nulla diſtinctio amici & inimici, uxoris & matris: rixæ, jurgia, inimicitiæ, plagæ, vulnera mutilatio, occiſio. *Ludov. Vives in dialog.* Ebrij

hominis videbis eloquentiam involutam & errantem & licentiæ plenam, *Senec.epiſt.*114. Utque muſto dolia rumpuntur, & omne, quod in imo jacet, vis caloris eiicit; ita ut ebrij omne quod in ſecreto pectoris occluſum habent, vini calore eiiciunt. *Senec. epiſt.* 84. Et hoc tanquam ſtratagemata utuntur hodiè plurimi, tum ad explorandam naturam, tum expiſcanda ſecreta. Imò omne vitium ebrietas & incendit & detegit, obſtantem malis conatibus verecundiam removet. *Seneca epiſt.* 83. quam omninò vide, cum multa ibi de ebrietate habeat. *Stobæus ſermon.* 18. *de incontin. Herman. Lather.libr.*1.*de cenſu cap.* 10. *&* 2.*cap.*3. *Parthen. litius.libr.*1. *cap.*10. *&* 2.*cap.*9.*alioſque infinitos.*

12. Hinc ebrioſo ſex porriguntur pocula vitioſa & turbida, 1. ad iram; Ut enim vini ſumptio moderata hilarem reddit animum, ita immodica rabidum & iracundum; Fulmen inquit *Seneca libr.*2. *natur. quæſt.* vinum in dolio gelat, ferrum & æs fundit; unde non eſt mirum: quod vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit potatum, aut examinat aut dementes facit. Litium primam eſſe cauſam, ebrioſitatem probat *Vent. de Valent. d. l. & Latherus cap* 10 *n.* 28. *& ſeq.* inde ſecundum poculum eſt litigiũ, die Haar collatien vnd ſchramſchlagen. Sic cõmiſſio dicitur, q. Komm Iß/ ſive comeſtio, quâ lites creantur, non extirpantur,

uti

uti conqueritur *Ruland. in tract. de commiſs. p. 1. lib. 1. cap. 23. num. 1.* Et quidem malè quia lites non debent propagari ut vites, ſed minui, dicente Icto non enim poculis minuuntur ſed plerunq; bibunt litigantes auff hoffrecht 1. ſalva injuriarum actione. *Mart. Nigr. in tractat. de proteſt.*

13. Tertium poculum furoris eſt, qui non rarò ex irâ proficiſcitur: Inde à Baldo dicitur *in l. quid ergò. §. pœna gravior 7. de his qui notant. infam. & in c. venter 35. diſt.* Somnum etiam nimium concitat ebrietas, qui ut in ſe vitium non eſt, ita in exceſſu nocet & ſanitati & actionibus humanis: Illi juxta medicorum aphoriſmos: his, quoniam brevis aliâs noſtræ vitæ curſus, qui multo brevior, ſi plus dimidio auferat ſomnus veluti publicanus: de his alii.

14. Ad morbum etiam porrigitur poculum, & quidem ſæpius, ebrietatem enim ſequitur cruditas, debilitatio nervorum, paralyſes, arthetrici cruciatus, gravedo capitis, & corporis totius, hebetatio ſenſuum omnium: Memoria extinguitur, ingenii acies retunditur, unde ſtupor in tota mente &c. *Ludov. Viv. in dialog.*

*Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,*
*Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.*

item rationem conturbat, vinum non modicè ſumptum, intellectum hebetat, memoriam e-

nervat, oblivionem immittit, terrorem infundit & ignorantiam inducit. *Boeth. de diſcip.*

15. Ad inſaniam ultimum ebrioſitatis poculum eſt: *Sen. epiſt.* 83 *& epiſt.* 55. Sic Maximinus Imp inter pocula inſaniviſſe dicitur. *Euſeb.* 8 *hiſt. Eccleſ c.* 16. Et amentiam ineſſe vino obſervavit *Pier lib* 53. *hierogl.* Hoc igitur manet juxta Bernhard. Ebrioſitatem eſſe dæmonem blandum, venenum dulce, rabiem voluntariam, illecebram voluptatis, & pudoris injuriam. & ſecundum Baſil. Magn. in hom. contra ebrios. matrem malitiæ, hoſtem veritatis, quæ fontem timidum reddit justitiam non novit, prudentiam tollit.

16. Ex his malè in controverſiam deduci videtur illa quæſtio: Num Germani ſint aliquomodo excuſandi, quod ita ſtrenuè potando ſe exerceant? Nam de poculorum certamine von dem Geſellen trunck/ gravis extat ſententia Baſilii in deſcriptione ebrietatis: Certaminis hujus arbiter & moderator Diabolus eſt, & præmium victoriæ peccatum: qui enim plus meraci hauſerit, is adverſus alios præmia conſequitur. Revera gloria illorum eſt ignominia. Verùm lubet exercitii gratia paucula inſerere.

17. Primò dubium non eſt Germanos præ aliis potui indulgere; Hoc probat illorum ſcriptor *Tacit de moribus Germ. c.* 4. Minimè ſitim tolerare aſſueverunt. *& c.* 22. Diem noctemq; continuare potando, nulli probrum. *c.* 23. ſine

appara-

ut in limite genuinæ & non fucatæ ſignificationis maneat, aut ſi, quod ſatis obvium, transgreſſa, proprietati reſtituatur: cùm quotidiana plenius tractanda, & per ſe abſonum ſit, politico ſe mancipare ſtudio, (quod ut ſemper laudatiſſimum, ita certè in hoc ad res politicas nato ſeculo apprimè neceſſarium,) ſubjecti tamen uſum neſcire adæquatum, nominisq; politici deformationem pati tantam.

## *POSITIO I.*

Ergò pro poſſe inducatur reformatio: fit autem, quando politici ſignificationem diverſimodam, ejusque uſurpationem multivariam proponimus, donec vera ex collatione appareat: Et eſt illa, doctrinæ cauſa, vel latior, vel ſtrictior.

2. *Latior*: I. Quando cum *Ariſt.* ὁ πολίτης ſumitur pro eo, qui in civili ſocietate vivit, quo ſenſu. 1. *Politic.* 2. dicit, hominem τῇ φύσει ζῶον πολιτικὸν, id eſt, Animal naturâ ſociabile; unde reprehenſione digni ἀπόλιδες iſti, qui à civili ſocietate penitus abhorrent, & in latebris ſuis deliteſcunt; *argument. l. 7. §. ſi plures. 3. D. de bon. damnat.* Quid enim prodeſt, recondere ſe, & hominum oculos aureſq; vitare? Bona conſcientia turbam advocat, mala in ſolitudine anxia eſt & ſollicita. Si honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant, ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum, ſi contemnis

hunc

hunc Teſtem, *Senec. Epiſt.* 43. imò omnia nobis mala ſolitudo perſuadet. *Idem epiſt.* 25. nec per ſe magiſtra innocentiæ eſt, nec frugalitatem docent rura: ſed ubi teſtis ac ſpectator abſceſſit vitia ſubſidunt, quorum monſtrari & conſpici fructus eſt. *Id. epiſt.* 94. hinc vita eremitica non tam humana, quàm beluina dicenda videtur: *Cicer. de amic. Tholas.* 1. *de Republ. cap.* 1. *numer.* 8. nihilq; aliud, quàm flagellum afflictarum mentium.

3. De his loquitur *Iureconſ. in l.* 17. *§.* 1. *ff. de pœnis, & l.* 1. *§.* 1. *de legat.* 3. Ita ut à civilitate extorres vocet *Imperator in l.* 12. *§.* 5. *in fin. Cod. de adific. privatis.* Et ſunt vel per fortunam, ut Exules, Relegati, Deportati, capitevè diminuti, de quibus *rub. tit. I. de capitis dimin. & l. ultim. ff. eod.* vel per Naturam μονάζοντες, per quam vel ex vitioſi animi ſunt habitu, aut à temperamentis, aut à morbis, ut in Melancholicis, Phreneticis: aut à beluinâ improbitate & feritate, ut in furibus, Sicariis, Latronibus, quod genus hominum beſtias vocat *Ariſtoteles lib.* 7. *Ethicor. cap.* 5. in quos rectè inventum Imperium, quod eſt Circea illa virga, quâ tactæ feræ homineſque miteſcunt. *Lipſ.* 2. *Politicor. cap. primo.* Vel ſtudio ſapientiæ & pietatis, cauſaque contemplationis, quibus, quantum ſolitudo conferat, Eremitæ, divus Hieronymus, Hilarion, & alii hanc quærentes probè intellexerunt, ſcilicet, ut ſine interpellatione

pellatione huic unicè rei vacare poſſint. *Vide Caſ. lib. 1. ſphær. civ. cap. 2 quæſt. 3.* Hinc Muſæ nemora & montes inhabitâſſe, à Poëtis haud abſonè creduntur, vel certè dicuntur. *Dn. D. Gerhar. diſputat. 1. Polit. quæſt. 3. ex Nat. Com. mythol. Mich. Piccart hiſtor. pol. obſerv. dec. poſt. 1. capit. 9.* Quos ηρημοζηλίᾳ quadam plerique Monachor. & Anagoretarum æmulati ſunt, vide *Clariſſ. Dn.* M. *Heid. Hoſp. & Præceptorem meum ætatem colendum, in Polit. MS. cap. 1. in pr. & Arniſ. 1. Polit. relectionis. 1. ſect. 1. n. 2. & ſeq.*

4. II. Si Politicum diſtinguimus ab Eccleſiaſtico, ſecundum Canoniſtas *in c. duo ſunt diſtinct. 96. & capit. duo ſunt genera cauſa. 12. quæſt. 1.* Eumq́; vel Laicum vel ſecularem appellamus, *& ex Novell. C. in princ.* Sacerdotium & Imperium ſecernimus, ut exinde Eccleſ. ſtatus politico & domeſtico opponatur, & præponatur, non quidem ut bonum malo, ſed ut bono melius, quod Icto teſte reperitur; ita tamen, ut ipſum bonum non deſinat eſſe tale, quamvis in comparatione rationem minoris obtineat. *Dn. Præcept. Gryph. in velit. politico jurid. th. 46.*

5. *Strictior, eaq́; vel minus propria, vel propria.*

6. *Minus propria politici ſignificatio* tàm uſitata hodiè reperitur, ut planè à genuinâ receſſiſſe videatur, cùm hic illum, alius alium Politici nomine dignetur communi errore & vulgari judicio, quo nihil incertius *Cicer. pro Muren.*

*ren.* juxta quod quicquid modeſtum, ignaviæ ſpeciem habet, quod circumſpectum & providum, ſegnitiæ, quicquid autem abruptum & præceps, id forte & virile cenſetur *Thucid.lib.*3. ita, ut nulla ferè res ſit, quę non fallaci imitatione adulteretur. *Scherb.in Pol.pag.*9. Nam tanta ſæpè vis conſuetudinis & uſus ſermonis, ut, quẽadmodum nomina ex conſenſu gentium impoſita, & conſenſu intellecta ſunt: Sic & uſu in aliam ſignificationem aliquando primitivæ ſpeciei contrariam & menti primæ repugnantem deficiant & convertantur. *Petr.Greg. Thol lib.de Repub.c.*18.*n.*1. imò vocabula valent, ſicut nummi, *arg.l.*234.*de V.S.uſu ſcil.* Quorum adulterami, tores ut graviter puniendi; ita illorum depravatores gnaviter objurgandi.

7. *Malè igitur pro Politicis reputantur*; 1 Illi, qui comiter, amicè, decorè cum hominibus cõverſari, in eaq; gratioſi, quorumvis moribus, locis, temporibus & perſonis ſe accommodare, officioſos alloquio & ſalutatione ſe gerere, modeſtiam liberalem præſe ferre, in motu geſtu, & inceſſu, vivendi pulchritudinem & civilitatem in verbis & factis decentem tenere, cæremoniis & dubiaſe le mains placidos ſe reddere, omnes facilè perferre ac pati, cum quibus ſint, eorum obſequi ſtudiis, adverſari nemini poſſunt. *Terent. in Andr. adhibe. Mytholog.ſac.manip.*3.*cap. primo.* Sæpè, non ſine aſſentationis maculâ, quando ſcilicet dominationi Principis & præ-

& præſenti imperio favent, obſequioq; graſſantur. *Horat. hinc Tacit. 3 annal.* quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat, quosque idem appellat modeſtos, obſequioſos, ſervitio promptos; temporum homines, *Tyberius Cæſar apud Sueton. in Tyber. cap.* 42. Omnium horarum amicos, *Plaut. in trinum act. 1. ſcen. 2. lin. 168. edit. Pares*, urbanos aſſiduos Cives, Scurras:

Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam
ſciunt,
Quod quiſq; in animo habet, aut habiturus
eſt, ſciunt,
Quod in aurem Rex Reginæ dixit, ſciunt,
Quod Juno fabulata eſt, cum Jove id
ſciunt,
Quæ neq; futura neque facta ſunt, tamen ii
ſciunt.

Græci ἀρέσκους dicunt, Latini homines gratioſos, bellos, placidos, placentinos, vulgò aulico-Politicos. Itali & Galli Courtiſanos, Germani Hoffleuth.

8. Nec non eleganti deſcribit ſtylo *Kirchn. de leg. 1. cap. 4 numer.* 16. Illene eſt Politicus? quem hodiè vulgò nobis laudant, quem digito demonſtrant, aulicis moribus imbutum, & artibus callidis, qui, quod in Comicis ſpectaculis Gnathonum eſſe videmus, ad omnium nutus frontem componere, omnibus arridere, geſtibus

bus peregrinis, crurumque flexionibus ſcitè uti, ſeria ſalesq; tempori accommodare, Principum gratiam venari, hominum favores aucupari; qui cum omnibus ludere, bibere, naſo quemvis ſuſpendere, dicteria jacere, & incommunis vitæ ſcæna, quamvis ut dicunt perſonam aptè, hoc eſt, ſimulatè, ut ipſi interpretantur, agere norit?

9. Verùm enimverò illi, ſi Politici appellandi major hoc tempore Politicorum erit proventus, quàm Magiſtellorum, qui in Scholis plorant, vel ternas docent, *Arnold. Clap. lib. 1. de arcan. Rerump. c. 6. p.* 10. aut muſcarum in meridie, cum maximè calet;

10. Non quidem durum iſtud aſperum & moroſum μυζανθρώπων genus approbamus, qui planè à Mercurii ſale immunes, vel ſemper cum Catone triſtantur, vel cum Democrito rident, & ad omnes congreſſus inepti ſunt, *Velſten. dec.* 1. *quæſt. pol.* 6 quippe durum cum moroſo & difficili converſari, *ICtus.* Sed ad morum facilitatem quoque aſtringimus (licet non ſolam.) Nam niſi benè moratus ſit Politicus, nec gratioſus apud elegantiores erit, nec in actionibus multum favoris & benevolentiæ obtinebit, quo tamen ipſi ſummè opus, ſiquidem fine ſuo potiri velit; Nam & placere & facere hominum eſt, *Plato.* Nec quicquam tàm ſufficiens eſt ad fidem & amorem, quàm bona voluptas & benigni mores. *Rebuff. in mat. poſſeſſ. art.* 14 *gloſſ.* 1. *& Saluſt.*

*& Saluſt.* jubet comitate & alloquiis officia provocare: quia teſte Eccleſ. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.

11. Imò non tantùm homines, ſed etiam Deus diligit propter bonos mores hominem. *Chryſoſtom. & Ott Mag.* ob ſuavitatem ingenii amor mundi dictus eſt, *Caſpar. Hadion.* nec non Titus Veſpaſianus amor & delitiæ generis humani, *Suet. in Tit. c. 1. Vide Clar. Dn. Gryphiandrum Præceptorem meum venerandum, diſp. Politico-Iurid. 1. th. 7. & 8.*

12. Quò refertur etiam patientia in ferendis ſcommatis & lædoriis, ut vocat *Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 2. cap. quarto num. 5. ex Sarisb. 7. de nug. curial. cap. 25.* Qui enim varios hominum mores pati nequit, aut nimis delicatus eſt, aut à communi mortalium conſortio ſe extrudit, *Franciſc. Patric. lib. 7. de Regis inſtit. tit. 14. p. 485.*

Dann wer nicht kan Schimpff verſtehn/
Derſelb ſoll nicht zu Leuten gehn

*Adamus Keller. lib. 1. de officijs Iuridico-pol. c. 14.*

Wer will mit Jägern gehn/ der hetz/
Wer Regeln will/ derſelb auffſetz.
Der Heul der bey den Wölffen iſt/
Der ſprech/ ich lig dem nutz gebriſt.
Worte gebn vmb wort iſt Narren weiß/
Guts geben vmb böß hat hohen preyß.

*Sebaſtian Brand. Ic. Argent.* in ſeinem Narrenſchiff / oder Weltſpiegel. c. 68. Schimpff nit verſtehn.

ſtehn. *Vide Ioh. Maxentium de Referend. Advoc. & Iud. offic. part. 3. cap. 38.*

13. Ethici igitur hi potius vocandi, quando nempè iſta accommodatio fit à privato ad privatum, *Keckerm. lib. 1. Polit. c. 3. p.* 103. Et Politi, qui multi, non Politici, qui pauci. *Velſth. deca. 1. quæſt. polit. 6. Iohannes ab Affelen, in Viro Politico,* licet morum elegantiâ præditos & comitate erga alios cum ratione uti ſcientes includant, aut certè debeant.

14. Sed ita tamen, ne nimia & affectata urbanitate fiant ridiculi, viles enim plerunq;, qui nimirum civiles *Lipſ. lib. 2. pol. c.* 16. Sicut eo habitu pleriq; Politici haberi volunt, eamque viri Politici faciem peregrinatores noſtri Italici & Gallici vulgò referunt *Kirchn. dict. loc. num.* 17. *Ventur. de Valent. in præfat. parth. litig.* quiq; *Thomæ Lanſio de peregrinatione diſcurrenti orat. 1. de nat. & provin. Europæ inter ipſas prærogat.* bilem movent, cum

*Vix è conſpectu Patriæ telluris in oras.*

digreſſi peregrinas; ſi Galliam limis oculis aliquando aſpexerunt, Gallica omnia; ſi Italiam intuiti ſunt, Italica omnia, ſi alterum pedem in Hiſpaniam intulerunt, Hiſpanica omnia, ſi in Anglia pernoctarunt, Anglica omnia; Et undecunque tandem peregrè redierunt, peregrina omnia, mores, geſtus, ceremonias, veſtitum, linguam, hiſtrionicâ temeritate ac ſtultitia probant, jactitant, extollunt; Germanicis & paternis

paternis omnibus neglectis, faſtiditis, rejectis, quos graphicè deſcribit *Thomas Morus Angl. in Epigram.* ab eodem allegato. Idem obſervat eleganter *Philipp. Melanchton. in orat. de obitu Friderici 3. Ducis Elect. Sax.*

15. Sed o longiſſimè à veræ Politicæ via ac ratione peregrinatos! non enim illæ artes, non illi mores ſunt quos Plato & univerſa Prudentum corona Politici viri eſſe prædicant. Mallem, per Deum immortalem, quod apud Eccleſiaſticum ſapientum eſt, aureo torque potius, baccatoque monili ſcrofam ſuam exornarent, quàm Politici nomen tàm indigno titulo proſtituerent, Mallem inter famoſas Thaidas caſtiſſimam Penelopen, quàm in eo hominum genere politicum conſtituerent *Kirchn. d. l. n.* 17.

16. Et rectius ab *Iriniphilio peregrino Viatore nomine ficto, in Epito. 2. p.* 7. *&* 8. *hominis & bruti Politici*; Inter animalia bruta, non rationalia Politica refertur ſequens Catalogus, (quem huc referre lubuit) ſcilicet illi, qui pomposi, guloſi: ſplendidi in veſtibus, delicati in verbis, magnifici in ædibus, familiâ, equis: elegantes in geſtibus, cæremoniis, genua flectentes, manus ad genua baſiantes, & æquilibrio incedentes, qui læto animo in Sympoſiis ſtrenuè bibunt, canunt, ſaltant, qui extra ſuam vocationem variis corporis exercitiis præſtant aliis, digladiantes, ludentes,

curſantes, & qui (ſed per longa intervalla, & ſi Diis plccet,) præmeditatè quædam ſingulari tenore eloquuntur, proponunt, recenſent; cum gravitate muſſitant, muſſitando graves ſunt, atque cenſuræ dulcedine capti auſcultant, & illi,

*Quos damnoſa Venus, quos præceps alea vexat.*

*Hor. in Epiſt.* Et proh Deum atque hominem, homines etiam, qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridentur. *Cic. de orat.* qui irriſores hominum ſunt, & modeſtè, ut ſibi perſuadent, in conventibus quemvis exagitant, vitam factaq; narrant, exprobrant, nec agitaſſe videri volunt. Et vix Janum

*—— à tergò cui nulla Ciconia pinſit;*

*Perſ. Sat.* 1.

à cachinnis immunem linquere verentur. Vides? quàm varium brutum politicum, nec unius mens tantæ molis capax. *Tacit.* 1. *annal.* Hæc ille.

17. Quibus accenſendi ſunt Germani præſertim ſeptentrionaliores, apud quos intra numerum eximiorum & perfectorum politicorum referendus eſt ille, ſi Diis placet, qui plurimum meri, magnoſq; cyathos evacuare poſſit, neque interim inebrietur, quantumcunq; biberit, ſed ſemper ſecurus & ſobrius & in vino prudentior ſit, quemadmodum de Bono ſcil. Imp. Flav. Vopiſcus commemorat. De quo Aurelianus dicere ſolitus eſt, non ut vivat natus eſt, ſed ut bibat.

*vide Lather. de cenſu lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 36. & 2. *cap* 3. *num.* 29. Ejuſdem falſæ & præconceptæ opinionis fuit Studioſus ille Altorfii degens cum diſcipulis Dantiſcanis, hic cùm ad Magnificum Dn Rectorem vocaretur, quod ſtrenuus eſſet potator, diſſolutæque admoneretur vitæ, (metuendum enim erat, ne diſcipulum ſuo exemplo corrumperet,) hoc dedit reſponſi, Magnifice Dn. Rector, commendatus mihi fuit meus diſcipulus à ſuis curatoribus, ut ipſum redderem non tantum doctum, ſed etiam politicum. Iſte politicum ſe exiſtimabat, quia ſtrenuè poterat potare. *Scherb. in polit. pag.* 12.

18. *Pejus Politici nomen merentur* 2. *homines improbi*, vafri, aſtuti, nefarii, verſuti ac verſipelles, qui ut tempori ſerviant, polypi ingenium induunt, ut homines decipiant, vultum mutant ſæpiſſimè, ſimiles vertumno, Protheo, Chameleonti, Pandeægemmæ; quiq;

*Huic uni ſoleant ſtudio ſe dedere & arti,*
*Verba dare ut cautè poſſint, pugnare dolosè,*
*Blanditiis certare, bonos ſimulare viros ſe,*
*Nocendi inſidias ſtruere* ————

Sunt verſus deſumpti ex Lucill. *apud Lactant. lib.* 5. *cap.* 9. aut ſecundum *Tacit.* 4. *annal.* callidi temporum, qui ſe cujuſcunque fortunæ faciei accommodare poſſunt, & ut loquitur Melchior ab Oſſa, Cancellarius quondam Auguſti

Electo-

Electoris Saxoniæ, *in conſil. politico-jurid. de Principatu. cap.* 6 *p.* 84. Temporiſare ſciunt, occaſioneque commoda oblata inſtar vulpis catenati, rem, quam intendunt, artificioſè effectui dare laborant. Vulgò autem Weltkinder/ alii Wetterhån / uti nominat *Meinrad.* von *Bonna*, in ſeiner *Cenſur* deß Bedenckens: Ob die Ertz vnd Hoheſtifft in gutem eſſe erhalten werden ſollen. *cap.* 4. vel qui planè Pœnus ſit, id eſt, totus ex fraudibus ac malitiis conſutus, qualis fuit Mœnon Theſſalus, cujus mores. *Xenoph. lib.* 2. *de expedit. Cyri* deſcripſit; ubi nimis multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujusq; natura Frons, oculi, vultus perſæpè mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè *Cic. ad Q. Fratr. Epiſt.* 1. imò infida ubi omnia & ſimulata *Lipſ. lib.* 4. *Polit. c.* 14. & 13. quem omninò vide.

19. Licet quandoque accidat Politico, ut callidus eſſe cogatur, ac in magnis & præruptis negotiis pro difficultate rei πολιτικῶς ſe gerat, καὶ τὴν μέζω γραμμὴν teneat, & ita duabus ſellis ſedeat, ſi abſque certâ offenſione fieri poſſit, *Arnoldus Clapmar. de arc. Rerumpub. cap.* 7. *lib.* 1. *pag.* 11. media enim via eſt, quæ neque amicos parit, neque inimicos tollit, *Liv. lib.* 9. imò quod nautis eſt obliquare, portumque, quem recto curſu tenere non poſſint, mutatâ velificatione aſſequi; quod Comico, uti foro, quod JCto ſervire tempori (hinc Thales, quid +

eſſet omnium prudentiſſimum interrogatus, rectè reſpondit: Tempus) Accurſio revoluto mantello uti, den Mantel nach dem Winde hengen (quod diverbium Alciatum laudare dicit *Gryph. d. l.* ac convenire iis, qui ut ſcenæ ſerviant, mutant pallium) in alle Sättel gerecht ſein.

20. Atqui nonnè cum *Frid. Tilemanno diſcurſu Philolog. part.* 3. nos quoque cum aliis Politicum ignorare, & cum πολυτρόπῳ perperam confundere, atque abuſu παρεκβάσεως nomen exoſum reddere objicient? rectè quidem.

21. Niſi accuratè diſtinguendum moneremus inter ſimulationem, quæ pro callido mendacio, verbis aut geſtibus, factisque ipſis admiſſo, ſumitur, opponiturque veracitati, fidei & candori: & eam, quæ eſt pars & effectus prudentiæ, cum veritate conjunctæ, quando nempe nec omnem veritatem, nec omnibus, nec quovis tempore & loco, quo opus non eſt. Simulatio eſt occultatio veri cum falſi profeſſione conjuncta. *Hunn. diſput. de Simulat. th.* 4. ſeu occultatio eorum, quæ pro circumſtantia perſonarum, loci, rerum & temporum occultanda ſunt, quorum imitatio non eſt ſita in noſtris viribus: Hoc nomine diffidentia nervus prudentiæ dicitur à Cicerone. *Vel ſte. in dec.* 1. *quaſt. polit.* 4. *Vid. Tholoſ. lib.* 22. *de Republ. cap.* 11. *num.* 1. & *ſeqq.* Politicus geſtu vel ſermone profitetur, *Keckerman. lib.* 1. *Pol. cap.* 3. *pag.* 93. & 103.

& 103. & *in curſ. Phil. diſput. 29. quaſt.* 10. Exempla habemus in ſacris literis. 1. *Sam.* 10. *verſ.* 27. *cap.* 11. *verſ.* 12. & 2. *Sam.* 3 *v.* 29. *Pſalm.* 48. *v.* 14. 3. *Reg.* 3. *Geneſ.* 20. *cap. adferte. extr. de praſumpt.* Quatenus ſimulare conceſſum aut vetitum ſit, & de exemplis, quæ de ſimulatione leguntur in ſacris, diſputant inter ſe non indoctè Henricus Dux Brunſvvicenſis, & Philippus Landgrav. Haſſ. *apud Ampliſſ. Dn. Hortl. lib.* 4. von Vrſachen deß Teutſchen Kriegs. *c.* 6. *num.* 32. & *cap.* 7. *num.* 15. *ubi vide ibi allegatos, Alber. Gent. de abuſu mendac. Decian. tract. crim. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. *Lipſ* 4. *Pol.* 14. *c. utilem ſimulationem.* & *ſeq. cauſ.* 22 *q.* 2.

22. Poſteriori ſenſu prudentiſſimum Ludovici Regis Gallarum Symbolum fuit: Qui neſcit ſimulare, neſcit imperare; licet poſteà turpiter à Carolo nono ejus ſucceſſore fuerit interpretatum, feraliſque Lanienæ, (*de quâ piè Lipſ. in monitione ſuper Eccl. Chriſt. concordia*) praxi expreſſum. ut & Chriſtierno Daniæ Rege, qui præcipuos ex omnibus Sueciæ ordinibus viros, convivio à ſe acceptos ad 94. obtruncari juſſit. *Thuan. hiſt. lib.* 1. *p.* 52.

24. Nam ſimulatio non pugnat cum veritate, ut nec diſſimulatio, nobiſcum ſi ſumas, ſiquidem maximè caveat ſibi is, hanc qui ſcenam decenter agere volet, à duobus; primo à ſimulatione turpi, deinde ab aperta. Eſt enim ſimulatio, quæ non tantùm in vitiorum confi-

nio poſita eſt, verum etiam, quæ ipſas poſſeſſiones intrat ſceleris & flagitii. Deinde opera eſt danda, tùm ne nimia ſit ſimulatio, nimis enim preſſa erumpit, tùm ut ſimulatè tegatur. *Clap. d. lib. c. 2. p. 12.* nam ut *Plautus* ait:

*Doli non ſunt doli, niſi aſtu colas.*

Cui enim bono tegmen ſi transluces? *Lipſ. d. l.* *huc reſpexit OWen. lib. 2. epigr. 43.*

Theologus

*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſciat hoc ſciat alter*

Politicus.

*Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.*

*Nicol. Bellum tom. 3. diſſert. polit. 7. in Petri Cajetani ad Belgas legat. inſtructione p. 642. & ſeqq.*

24. Poteſt itaque in vero Politico eſſe aſtus, citra nominis notam, & exiſtimationis jacturam. *Iriniphilius Epit. homin. polit. 5.* publicus ſcilicet non privatus, nunquam regent, qui non tegent, *Lipſ. Sebaſtian. Brand Iureconſ. Argentinenſis & Politicus elegans antiquus.* im Narrenſpieg. *capite:* Von öffentlichen Anſchlag. nec aliter poſſunt ii, quibus commiſſa eſt tota Reſpub. *Cicer. pro Mil.* Semper enim officio fungitur, utilitati hominum conſulit & ſocietati, cujus derelictio contra naturam eſt, qui publici uſus ſalutisq; ſuadentis prudentiam aſtu eoq; bono temperat, ubi plerunque, quod turpe haberi ſolet, turpe non erit, *Cicer. 3. offic.* ſtare namque omnes debemus, tanquam orbe aliquo Reipub. qui cum jam verſatur, eam deligere

deligere partem debemus, ad quam nos utilitas ſalusq́; converterit. *Cic. pro Planc.* cum non ſemper ſuperet vera illa directa ratio. Id pro M. Cœl.

25. Simili modo diſtinguit *Clapm. d. l. c. 6.* inter prudentiā ſimpliciter ſic dictam, & alteram pro ſalute Reipub. quam calliditatem & ſimultationem appellat. hanc ut aptè, cautè, circumſpectè, decorè, tacitè, tectè, & prudenter agas fabulam ſtude, de quibus conſule quoque *Iohan. Matienz. part. 3. de referend. & advocat. officiis cap. 59.* Nam qui modicè diſſimulatione utuntur, & in iis, quæ haud planè perſpicua, & ante pedes oculosque ſunt, gratioſi apparent. *Ariſt. 3. Ethic. 7.* contra qui immodicè & ineptè diſſimulant, reverâ fatuelli. *Lipſ. d. l. p. 239* quos graphicè excipit his verbis *Chriſtoph. Coler. in Epiſt. de ſtud. pol. ordinando.* Illorum quidem fucus te non latet, quos hoc ævum proventu uberrimo gignit: qui, dum Politicos dici ſe poſtulant, nihil penſi habent, modò fraudulenti, falſi improbi ſunt, ſed iidem dum omnia ſimulare ac diſſimulare facilè ſe poſſe jactitant, animi tamen ſui nequitiam non poſſunt.

26. Imò decipere pro moribus temporum ſummæ prudentiæ eſt, *Plin. lib. 8. Epiſt.* & eruditum, utilia honeſtis miſcere. *Tacit. in agric.* Siquidem honeſtas nunquam à vera utilitate & vera utilitas ab honeſtate ſeparari poteſt. Nec ſemper civile eſt, quod ſtatui utile, verùm quod juſtitiæ & honeſtati conjunctum.

Nunquam enim ratio civilis à juſto & honeſto ſeparanda eſt: ut eleganter loquitur & latè *Bornit. de prudent. pol. cap.* Nam ſi honeſtum & juſtum ſimpliciter ſequatur, neglectâ utilitate, malè Reipubl. ſuæ conſulet, neque fini ſuo, qui eſt ſalus publica (ob quam non modò communes regulæ, ſed etiam multa contra communes juris regulas & ſubtilem diſputandi rationem ſunt introducta. *l. 51. §. fin. ad L. Aquil.* ſtrictaque privatorum ratio non attenditur *l. 43. de religioſ.* imò neceſſitas quandoque invertit jus regulare *argum. l. 1. de feriis.* & id licitum facit, quod quandoque non eſt licitum, *capit. 4. extr. de Reg. Iuris.* ſiquidem hoc contra communem juris rationem receptum eſſe dicitur, quod ſingulariter ob evidentem aliquam utilitatem & neceſſitatem conſtitutum eſt. *l. 16. de legib. l. 162. de R. I. auth. res quæ C. comm. de legat. & Novat. 39. cap. 1*) ſatis fiet; contra ſi utile ſequatur, neglecto honeſto ac juſto, & in periculum Rempubl. præcipitabit, & opinionem ſuam apud bonos viros gravabit, *argum. l. 2. de obſeq. parent.* imò audiet, quod vulgò Politicis objicitur, etiam ab iis, qui, quem taxant, ne definire quidem poſſunt, ut loquitur, *Dn. Gryphiand. d. diſp. th.* 22.

27. In his cum ſumma diſcretio & moderata cautio requiratur, Politicum utrumque temperare jubemus, ne quod *Lipſ. in præfat. polit. in Mach.* dicat, noſtro dictum ſit politico,

ſcilicet,

ſcilicet, quod nimis ſæpè deflexerit, & dum commodi illas ſemitas intentè ſecutus, aberrarit à regiâ illa via, quæ ad templum virtutis & honoris ducit. Aliud igitur eſt honeſtum & turpe natura, aliud civiliter, more civitatis & opinione hominum, *argum. l. 42. de V. S.* neque enim in omnibus Rebuspubl. eadem putantur eſſe honeſta aut turpia, ſed pro diverſitate Regnorum alia aliis gentibus placent, *cap. 1. diſt. 1.* Ita enim apud Indos corpore incedere nudo turpe non eſt, apud nos ſecus. In Hiſpania mulierem precantem apud virum in templo reperiri, turpe putatur, non ita in Germania & Anglia *Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 1. num. 507.* Imò abſonum non eſt, eſſe quid impoſſibile & illicitum hodiè, cras verò licitum & poſſibile. Siquidem & in una Repub. non omni tempore eadem putantur eſſe honeſta & turpia; ſed pro diverſitate temporum alia aliis civibus placent.

Das etwa was ein ſchmehlich Ding/
Das wegt man jetzt ſchlecht vnd gering:
Ein Ehr was etwa tragen Bärth/
Das was gar männlich ſchön vnd werth/
Da würd man billich auch geehrt:
Jetzt han die Weibiſchen Gäuch gelehrt/
Zu ſchaben all Tag jhr zwilch Backen/
Sie weſchens das ſie werden ſchmackn/
Vnd ſchmiren ſie mit Affenſchmaltz/
Vnd thun entblöſſen Nack vnd Halß/



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/373 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Dann tregt man kurtz/ dann lange Röck/
Dann groſſe Hüt/ dann Spitz mit Eck/
Dann Ermel lang/ dann weit/ dann eng/
Dann Hoſen mit viel Farb vnd Spreng.
Sebaſtian Brandt im Narrenſpiegel *cap.* von newen Fünden.

28. Sic quoq; inter juſtum, δίκαιον, quod natura hominibus inſitum, & νόμιμον quod hominum conſtitutio jus eſſe voluit, diſcernimus.

*Quaſt.*

Hinc facilis reſponſio ad illam quæſtionem: *An Politicus juris naturalis limites tranſilire poſsit?* Quod cum immutabile ratione Ideæ & quatenus per ſe conſideratur in abſtracto, prout exiſtit in judicio rationis, *Weſem. ad. §. 11. I. de I. N. G. & Civ.* tanquam ſemen naturæ, ſiquidem naturâ quod turpe, legibus nunquam honeſtum fit; nũ quatenus in actionibus hominum & individuis, transgredi poteſt.

29. Non igitur ita aſtrictum volumus Politicum, ut non liceat interdum à verâ declinare viâ, exceptioneq; regulæ generalioris uti, dummodò id ſine ſua & Reipub. turpitudine fiat, ſed potius ſuadente utilitate, & urgente neceſſitate, ſemper tamen juxta Ulpiani regulam (*quam ex l. 6. de offic. Procon. §. 3. hic commodè adducit Dn. Gryph. th. 24.*) ὅτε πάντα ὅτε πάντοτε ὅτε παρὰ πάντων, id eſt, neque omnia, neque quovis

tempo-

tempore, neq; ab omnibus;non enim,inquit, ob id deſinit eſſe vir bonus, nec habitum virtutis amittit Politicus, quem, ut unus aut alter actus non parit, ita nec tollit; Nam Prætor iniquum ſtatuens Prætor eſſe non deſinit, *l.ult. de I. & I.*

30. Imò ut Advocatis licitè ad decipiendum ſuum Adverſarium fallaciæ & deceptiunculæ ſunt conceſſæ, *Cl.Dn.Kubach. Fautor & Amicus meus in cent quæſt. ill.1. diſput 1.q.5. Ht e. Vmm. diſp.2. th.8 n 41. de proceſſ.* ita & Politico, quas arcana Politica vocamus, i. e. intimas & occultas rationes ſive conſilia eorum, qui in Rep. principatum obtinent, tùm ipſorum tranquillitatis, tùm etiam præſentis Reip. ſtatus conſervandi, idq; boni publici cauſa. *Clapm.d.l.c.5.* cum ſcilicet aliud dicitur, aliud intelligitur, aliud agitur, aliud ſimulatur, *l.1.§ 2. de dolo malo.* ſi ſcil. fiat in finem bonum, dubium non eſt, quin tum illa actio bona. Cujus .n rei finis bonus eſt, ea quoq; res ipſa bona eſt; ſimpliciter puta, nam quod nobis bonũ eſt ratione finis nõ ſtatim in ſe bonum eſt. Alias turpe eſt aliud loqui, aliud ſentire. *Senec. epiſt.24.* Aliud verò eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur à gubernatoribus Rerump. in finem malum, ſcil. ut ſubditorum libertatem, opprimant, poteſtatem verò ſuam augeant. Huc referenda eſt ſimulatio Imp. Caroli V. cum non religionis, ſed rebellionis cauſa Saxonem & Landgraviũ ſe proſcribere ac bello petere prætenderet, ut cæteros religionis fœderisq; ſocios

 decipe-

deciperet, eosque ab iis ſepararet ac tandem ſuperaret ſingulos, cum univerſos ſuperare non poſſit. Nihil magis atque hoc agens interim, ut ſemen Evangelii radicitus evelleret, Pontificatum verò reſtauraret, ac ſibi dominatum in Germania conſtitueret. Quam obrem meritò à Saxon. & Landgrav. ſimulatio iſthæc dicitur, *in lib.* 3. von Rechtmeſſigkeit deß Teutſchen Kriegs. *cap.* 11. *num.* 16. *operis Ampl. Dn. Hortled.* So iſt doch ſolches ein ſtück der Weltkinder Weißheit / von denen der HErr im Evangelio (Lucæ 16.) ſagt / daß ſie in jhrer Art liſtig vnd anſchlägig ſein / quod dominationis arcanum vocaret fortaſsè *Clapm.* prout doctam ibid. conjecturam facit, *Ampl. Vir. Dn. Hortled. ex lib.* 5. *de arcan cap.* 11. De his quæritur: *An ſalva conſcientia uti poſſit iis Politicus?* Quod affirmamus, ſiquidem dolus bonus, qui potius ſolertia dicenda, *l.* 133. *de dolo malo*, non ad decipiendum alterum, ſed ad ſui conſervationem & tutelam Reipub. inſtituitur, nec is propriè, principaliter, & per ſe Politico propoſitus eſt, ſed interdum per accidens ſaltem eò devenit, cum aliter Reipubl. ſuæ conſulere non poſſit, quàm per hæc media, quia proprium eſt Politici ſagaciter tempori parere, nihil agere, nihil attentare, quod tempori non reſpondeat, *Cic. lib.* 4. *ad Attic.* 8. & 12. *Epiſt. ad eund* 50. & *de fin.* 5. cui convenit quod docet *Velſth. dec.* 1. *nob. quæſt. pol. q.* 4. boni politici eſt ait, principaliter virtutem reſpi-

reſpicere ex accidenti verò quandoque prolabi ad technas & ſimulationes, ut ſic faciendo opus alienum poſſit obtinere proprium. hinc *Frid. Tileman. in Politicis MS. à Magnif. & Ampl. Dn. Frid. Hortledero Fautore meo ſummo pro ſingulari benevolentia communicatis*; Non cuiusvis eſt intelligere, quod tempus expoſcat: eſt tantum ſapientis rer. circumſtantias ſapienter penſitare: Nec hoc Politici eſt, quatenus Politicus, ſed quatenus generale proprium prudentiæ conſideratur, cuius eſt, nihil temerè ſuſcipere, incogitanter nihil tractare, *Lycurg. in apoph. apud Plutarch.*

31. Et quod magis, tùm primùm Politici ſuos mores civili venuſtate, nec perfunctoriâ ſollicitudine mitigent; cùm ipſa comitas, amorque ſolertiæ & cura placendi, tùm fraudis & malarum artium diſciplina non in uſum, ſed in cautionem ac fortaſsè ſpeciem invigilantem animum informet *Euphor. Luſi. in Apologiâ pro ſe.* non ſolum id quod rectè atq; ex officio faciendum eſt cognoſcere oportet, ſed etiam pravum cavere; ita in ſcientiis perfectè proficimus *Scal. de cauſis lit. c. 14.*

32. Hinc non improbanda video verba *Machiav. c. 18. in princ.* Verùm hanc naturam plurimum refert, ut quis recto nôrit colore veſtire, cùm ſimulando, tùm diſſimulando: homines enim adeò ſimplices ſunt, adeò præſentibus neceſſitatibus obſequentes, ut qui fallax, & ſimula-

tionis artificio eruditus ſit, ſtatim ſit habiturus, qui ſe illi decipiendum tradit, quò magis tales homines cavendi erunt, eorumq́ue artificium arte fruſtrandum ſiquidem non in Platonis Politia, & mori Utopia verſari nobis contingit, ſed in Romuli fæce, ubi ſecundum *Ciceronem* major ſemper malorum copia, omniaque benè ut ſint, fieri non poſſit, niſi omnes boni ſint, quod ad aliquot abhinc annos non expecto, *Thom, Mor. in Vtop lib.* 1 *p.*109. ꝙ utinam expectandum eſſet certè *Mach. c.*18. *inpr. p.* 97. non permitteremus belluinum interdum aſſumendũ eſſe ingenium, tùm vulpis, tùm leonis. Nam Leo ſibi à laqueis non cavet, Lupos verò vulpecula reformidat, quo itaq; laquei ſentiantur, vulpeculam agere oportet; Lupi verò, quo deterreantur, leoninum ingenium eſt ſubeundum; unde natum Adagium, cum vulpe junctum pariter vulpecularier. Nec *Comicum* audiremus *act.* 4. *ſcen.* 4 *in Bachid.* v. 10. Nullus frugi poteſt eſſe homo, niſi, qui & benè & malè facere tenet; &c. nam malo benefacere tantundem eſt periculi, quantum bono malefacere. Sed cum *Duro de Paſcolo in aulico-pol.ax.*204. concluderemus:

*Nec diſſimula, nec ſimula; hoc malis relinque.*
*Aiunt, ſimulanti ſimulato: aſt ego contra.*
*Nunquam ſimulo: nec mala te malum eſſe cogunt.* &
*Vera redit facies, diſſimulata perit.*
*Clapm.* I, *c.* 4.

33. Ad

33. Ad hæc valdè conducit Politicos ſemel eſſe deceptos. Qui enim nunquam circumventus eſt, truncum eſſe dixeris potius aut ſtipitem quàm hominem, propterea quod inter pravum & vitioſum quid interſit dijudicare nequeat. *Comin.lib.2.Hiſt Gall.p.*377.

34. Hæc tamen utut ſint, omnia cum *Clapm. lib.*1.*cap.*6.*pag.*10. ad limites fidei, honeſtatis, & virtutis alligamus: nam ubi non eſt pudor cura juris, ſanctitas fidei, inſtabile regnum eſt. *Senec. in Thyeſt.* quas ſi Pſeudo politici egrediantur, quam id fiat per accidens, nec poſſit rei per ſe bonæ imputari, ſapientes nôrunt. Quod igitur *Plato* veſtibulo Scholæ ſuæ inſctipſit, ὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. *Clavius ad Euclid. in prolegomen.* Id nos Politicæ præfigimus, ὐδεὶς ἀνηθικὸς εἰσίτω alias incertus in actionibus ambulabit, ſine prænotione finis, ad quem tendit, ut ex *Picol.* loquitur *Gryph.th.*16. Hinc de Politicorum ſalute ſolliciti qui ſunt gradusque inſtituunt Chriſtianorum, magis reprobandi eſſe videntur, quàm ipſe *Machiavell.* quem aliàs miſerè divexant.

35. Exeſto itaque omnis *adulatio*, alles federleſen vnd falben Henſt ſtreichen. *Sebaſt Brant.* im Narrenſpiegel *cap.* von falben Hengſt vnnd federleſen. Utpote humilis & ſervilis animi argumentum Politicum maximè dedecens; ut & ipſum Principem, qui ſibi caveat ab eiuſmodi aſſentatoribus, eorumque voces, tanquam Syre-



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/379 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

num blanditias atque ſcopulos, aure ſurda præternaviget. *Sleidan, lib. 2. p. 32. V. Fr. Patrit. Senenſ. de Regis inſtit. lib. 4. in pr. & tit. 2. & 3. Thom. Morum in Vtop. lib. 1. p. 52.* non enim adflatum venti occidentalis, id eſt, ratione præmiorum: (omnia aſſentari quæſtus nũc eſt multo uberrimus. *Terent. in Eunuch. act. 2. ſcen. 2.*) vel pecuniæ, *Matienz. p. 3. de referend. c. 23.* nec ad flatum venti meridionalis, id eſt, ratione timoris vel potentiæ, *c. 36.* nec ad flatum venti ſeptentrionalis, id eſt, ratione iræ & amicitiæ, *c. 37.* Politicus flecti debet, ſed potius fructus ut juſtitiam, *c. 60.* frondes, ut prudentiam, *c. 56.* flores arboris, ab eodem *Matienzio cap. 57.* poſitæ, ut comitatem, affabilitatem & eloquentiam ſequi ſibi proponat: *V. eleganter Alth. dec. V. conV.* quorſum pertinet illa Cajetani inſtructio apud *Bellum. tom. 3. diſſ. 7. p. 640.* Si quando Princeps alloquendus eſt, fiat id cum præmeditatione & concinno ordine eorum, quæ dicenda ſunt; ſermonibus, quos vel ipſe Princeps, vel alij eo præſente, habent, attentas aures animumq́; præbeat; qui enim negligentes hic ſunt, eos qui loquuntur, parvi facere videntur, qui verò auſcultant, præter benevolentiam, etiam intelligentiæ & judicij opinionem ſibi conciliant, &c. Sed hic omnis vitanda eſt hypocriſis, ſimulatio & fucus, præſertim in conſultationibus: ſiquidem conſule, non quæ dulciora *Solon*, non quæ ſuaviſſima, ſed quæ optima, ne cum fortuna potius

Prin-

Principis loquaris, quàm cum ipſo Principe *ex Tacit. Lipſ. Vide hac de re Politicos paßim. Bart.* Ringwaldt in ſeiner lautern Warheit/ *p.* 243. 257. auch getrewen Eckart.

36. *Peßimè verò omnium ſibi fingit Politicos 3 Lenſæus de libert. Chriſt p.* 893. quaſi prima aſſertio Politicor. eſſet, politiæ civilis primam rationem eſſe habendam, regniqúe curam terreni ſtudio religionis debere eſſe potiorem, item Politicor. doctrinas eò ſpectare, ut pernicioſis aſſentationibus Principes in Tyrannidem vertantur, *& Heinr. Merckel in lib. de obſid. Magdeb apud Ampl. Hortled. lib.* 4. Von Rechtmeſſigkeit deß Teutſchen Kriegs. *c* 19. *n* 280. Aliud eſt judicium Politici, aliud Chriſtiani. Da er ſich deß Worts/ Politicus, mißbraucht/ vor ein ſolchen Weltmann/ der vmb zeitliches Nutzes willen die Regilion hindan ſetzt/ vnd fünffe läſt gerade ſein/ *uti explicat illum locum Ampl. Hortled. Fautor mihi ſummus.* Hinc impudenter quæri: *An Politici noſtri ſeculi ſint in Chriſtian. numero habendi?* impudentius negari video *à Thomâ Stapleton. Oratione hac de quæſtione ſingulari, quodlibetica Everh à Weyh. in aulico-pol. axiom.* 333 *Iohan. Mercer.* 2 *opin.* 26. *Chriſtoph. Varſev. in Paradox. extremum libertatis eſt initium ſervitutis, Iohan. Ludovic. ab Hagen. diſp. de fid. hæret. ſerv. c.* 10. Quo verò jure, quâve injuria? eâdem ſcilicet, quâ calumnioſè ſatis hodiè à multis pium quaſi effatum & Apollinis pro

oraculo

oraculo habeatur: Juriſtas eſſe nequiſtas aut ignoriſtas, ruris tumultos, Juris ſtultos, &c. (prout hæc contumeliæ epitheta cumulat *Vent. de Valent. in part. litig. libr. 1. cap. 7. num. 32. & seqq. & cap. 11. num. 14.*) Schadvocaten / *Olorin. in princ. Etograph mundi.* Juriſten ſeind böſe/ quod rectius ſecundum *Rutger Ruland. de Commiſſar. lib. 1. part. 1. c. 14. n. 2.* dici debebat böſe Chriſten.

37. His reſpondeat *Tholoſ. lib. 6. de Rep. c. 18. num. 6.* imò vix temperare mihi poſſum, quin non cum *Paulo ICto* exclamem, purpura in lutum cecidit, ô honeſtiſſimæ vocis (qua nulla præſtantior in Rep. eſſe poteſt) turpiſſimum abuſum! Quis enim Politicorum hâc abſurda & impiâ opinione ſe fulcivit? Qui ordine turbato religionem ſequi Politiam aſſerat, cùm Politia Religionem ſequi debeat, & religionis cauſa præcedere *Thol. d. l.* nec ipſe *Mach. d. c. 18.* hoc facere videtur; ſiquidem actiones Politicæ non pugnant cum principiis veræ religionis, & Evangelium non abolet politias, ſed prudentem Politicum Dei potius opera in Reip. adminiſtratione imitari oportet, *Bod. lib. 4. de Rep. cap. 3. n. 43.* & Politicus, cum juris publici (*vide infr. th. 66.*) conſultus ſit, at jus publicum primâ ac potiſſimâ ſui parte ad religionem ſpectet, religione nihil prius, antiquiusq́; ducere debet, nihil æquè atque ſalutem Reip. ſpectare, nihil æquè atque veram religionem inveſtigare & curare.

rare. Fides & virtus ſunt omnis Reipub. fundamenta, & niſi fide ſtet reſp. neq; opibus unquam eſt ſtatura, *Livius dec. 3.*

Salus enim Reip. civiumque æterna nequit conſiſtere ſine religione vera eaque una, vide *Kirchn. de Rep. diſp. 6. th 2.* Denn auß widerwertiger Religion vnd Vngleichheit deß Glaubens die höchſte Feindſchafft vnnd Parthenligkeit gemeiniglich entſtehet / ja öffentlich vnd notorium, daß von wegen ſolcher Spaltung im Glauben ein ſchweres Mißtrawen / Abgunſt vnnd Vnfreundſchafft im heiligen Reich Teutſcher Nation / nicht allein zwiſchen den Ständen / ſondern auch den Privatperſonen entſtanden / prout loquuntur *Proteſtantes in recuſat. quadam parit. ad Cameræ judicium apud Ampl. Hortled. libr. 7. cap. 21. num. 11.* von Vrſach deß Teutſchen Kriegs. *ubi notanter addit* : O melior mundi pars / quas diſſidiorum faces tibi religio accendit, atque ita accendit, ut nulla prudentia videatur poſſe reſtinguere / audimus exclamantem *Lipſium 4. pol. 3. & in defenſ. eiuſd. c. 3 adverſ. Dial. Cornhert.* Nec deſunt publica Imp. teſtim. quib. itidem doceri poſſit, diverſitatem religionis eſſe quãdam ſcaturiginẽ diffidentiæ, divulſionis, contentionis, inimicitiæ, turbarum, adeoq; omnis perturbationis & calamitatis. Ea n. præbet *receſſ. Aug an.* 1525. §. wir haben auch / &c. *Spirenſis ann. 26. an.* §. vnd erſtlich / &c. *Aug. an. 30. in pr. Ratiſp. an. 32.* §. Ferner habẽ wir / &c.

*Et ann.* 41. §. dieweil nun bey vns / &c *Spirenſ. ann.* 42. §. vnd damit die zeit / &c. & *ann.* 44. §. vnd nach dem wir vns in dieſer / &c. & *ſeqq. Auguſt ann.* 48. §. vnd nach dem wir vns mit / &c. & *ann.* 51. §. dieweil ſich dann vnwiderſprechlich / &c. & *ann.* 55. §. in ſolcher fürgezogener Berathſchlagung. *pragm. Conſt. de pac. relig.* §. damit auch obberührte / &c. quo reſpexerunt etiam iidem *Proteſtan. in reſponſ. ad petit. D.* Held *Smalcald. ann.* 1537. *factæ.* Daß ſie in jhren Obrigkeiten vnd Gebiethen zweyſpaltigen vnd jhrer Confeſſion widerwertigen Gottesdienſt nicht dulden mögen: eoque confirmarunt ſententiam *Lipſij, in defenſione c.* 2 *lib.* 4. *polit. adverſ Dialog.* & *Iohan. Mercer.* 2. *opin.* 26. ſcribentium, non temerè in uno Germaniæ Principatu religiones plures reperiri. Id quod eis in Principatibus Lutheranis *Alber. Gentil.* non invitus dat, *de jure belli. lib.* 1. *cap.* 10. Negat in aliis, reprehenſo diſſentiente *Bellarmin.* 5. *conc. libr.* 3. *cap.* 19. & 18. Hoc ſenſu laudatur (*in conc. funebri Iuſt. Menij, quæ extat in ampl. opere Dn. Hortled.* von Rechtmeſſigkeit deß Teutſchen Kriegs / *lib.* 3. *cap.* 91. *num.* 24. *add. eundem* von Vrſachen deß Teutſchen Kriegs. *lib.* 5 *c.* 11. *n.* 19.) Johan. Frid. Elector. Saxon. Daß er in ſeinen Chur- vnnd Fürſtenthumben andere Religion nie nicht geduldet / ſondern denſelben mit allem Ernſt (wie jhme von wegen jhres Fürſtlichen Ampts / als einer Chriſtlichen Obrigkeit gebühret hat / ſcilicet

licet docendo & ducendo, non jubendo: monendo non minando, *Thuan. in epiſtol. ded ſui operis & ex eo Kirchn d l. lit. C vid. Lancell in templ. omn-jud. libr. 1 cap. 1. § 4. num 15. p. 9*) geſtewret vnd gewehret. Politicus ergò veram religionem plantare, propagare, & defendere debet. Et nemo, ſi fieri poteſt in pia Republ. tolerandus eſt, qui alium quam verum Deum externè colat. *Daniel. libr. 3. pol. cap. 2.* Evenire tamen interdum poteſt, ut præter intentionem & mentem Politici, etiam religio falſa in Republ. validas agat radices & unitas religionis, quâ nihil ſalubrius, multiplicetur. Hoc caſu, plures religiones ferre, pati, tolerare, permittere, non approbare, propagare, confirmare & defendere cogitur, ne ſimul cum Zizanio verum triticum eradicetur, *vide diſp. Polycarp. Lyſeri contra CLöſel.* Ex duobus enim malis minus eſt eligendum. Et cum Divinitas ipſa multas religiones eſſe patiatur, nos unam non audemus imponere, *Theodohadus Rex Goth. conſt.* 48. *Goldaſt. pag.* 3. *conſt. Imper. pag.* 113. Adhibe *Laz.* von Schwendi. *Bembell. Dn. Petr. Syring. Faut. & Amic. meum magnum, de pac. relig. Exim. Theolog. Dn. Iohan. Gerhard. Lipſ. Bodin. Danæ. Andr.* Ernſtenberger *in autonomia, eiusq; refutatorem Dommarein* von Diſſingaw. Ex his colligere licet, Politicum debere eſſe Theologum, ſiquidem cura religionis veræ ad eum ſpectat, non vice verſâ: Theologus enim Po-

licitis

liticis conſiliis intereſſe prohibetur, ne alterum pedem in Curia, alterum in Cathedra habeat; & noverint ſe intra Cancellos debere eſſe constrictos: meminerint abſurdiſſimum eſſe, ſi cauſarum ſecularium peritos ſe oſtenderint, *l. 41 C. de Epiſc. & Cler. c. cum ad verum diſt. 96. c. Sacerdotibus in fin. & t. t. ne Cler. vel Monach. ſec. neg. ſe immiſc. Nov. Leon. 86.* & Imp. Juſtin. non fruſtrâ Epiſcopis ſeverè interdixit, ne aulam adirent, & admiſſi, negotio expedito, ſtatim diſcederent. Hodiè primi & ultimi in aulis *Everh. à Weihe. in aul. pol. ax. 7.* Et hoc malum plerumque in Pontificatu eſt invectum, ut cum *Authore autonom. p. 5. c. 32. p. 432.* dicam: Es iſt alſo (leyder) dahin kommen / das man den Biſchoff vnnd Prælaten auff dem Roß gar nit kent / in der Kirchen aber ſelten finden kan. *vide Ioh. Wolff. amicum meum in diſp. de perſon. ad feud. idon. n. 6. lit. A. & th. 14. lit. B.*

38. Eſt igitur, quod ſcias Stapleton, duriuſculum, quando litium tuarum tuæque ſocietatis cauſas in Politicos coniicis, *vide Everh. à Weihe. in aul. pol. ax. 364.* nam abſque præiudicio ſi legiſſes den wolmeinenden vnd warhafften Diſcurs/ warumb vnd wie die Römiſchen Cath. &c. die Warnung an alle Chriſtliche Potentaten wider deß Bapſts vnd ſeiner Jeſuiten hochgefehrlichen Practicken / aliosq; infinitos contra infinitas veſtras fraudes, potiſſimum verò *D. Leidhreſſeri diß. pol. ſupr. doctr. c. inter Academ. Pariſ. & Soc.*

*& Soc. Ieſu Patres*, ubi ad oculum demonſtrat, quomodò ſub ſpecie ſanctitatis, (veſtris in regulis, quas egredi nefas ducitis, & breviario fundatæ) perniCIES VITÆ Politica axiomata ad impios, ſceleratos, & cœdium ſanguinisque plenos veſtros uſus, (quæ tamen omnia facilè à vobis mit der Reiſiſchen Poſtparth ins Himmelreich medentur) ducat & deducat; profectò hæc in verba non tàm incogitanter prorupiſſes, *ab initio orationis tuæ p.* 4. habetis Politicorum hominum hodiè voces, principia, axiomata: quibus illi confiſi religionis cauſam negligenter tractant, laborantis Eccleſ. patrocinium turpiter deſerunt, fidem Catholicam hoſtibus nefariè produnt, & penitus profligandam relinquūt; Accuratius itaque diſtinguentem moroſum illum ſenē inter improbos & probos optaremus; Improbos enim nemo probus probat: & cum prudentibus diſcernentem, nec more vulgi Politicum definientem: Vir enim bonus qui non eſt, quo pacto Politicus erit? Politicus ſapere rectè, dicere verè, & facere probè ſciat. *Everh. à Weihe. in aul. pol. ax.* 366. *&* 67. Libellum repudij mittamus improborum hominum axiomatibus, videlicet ad ſtatum reipublicæ conſervandum quælibet tentanda & ad actum producenda. Diabolica enim ſunt & venerandæ antiquitati & honeſtati, incognita, & idcirco è Republica explodenda & exterminanda & damnanda, à quocunque, tandem profecta

fuerint

fuerint ſacrilegæ voces, & damnatæ eruditionis regulæ. Aulicum eſt & politicum, bullatis nugis omiſſis, bene agere, intelligere, facere & bene vivere. Unicam hanc anchoram nucibus relictis teneamus in tantis humanæ miſeriæ fluctibus navigantes, quam neque eripere neque excutere nobis debent improbi. *Everh. à Weyh. in diſcurſ. de ſpecul. origin. num.* 171. *pag.* 228. Quæ autem hæc probitas? ſi divinæ legis ſanctitas aut neſciendo omittitur, aut negligendo violatur; imò ſacrilegium eſt. *l.* 1. *C. de crim. ſacrileg.*

39. *Voce Politici ab ambiguitate vani ſenſus liberatâ, recto ordine procedendum eſſet ad eius propriam ſignificationem & veram deſcriptionem, quæ cum ſine certis fundamentis & requiſitis intelligi non poßit, ad ea progredimur.*

40. *Quorum tria generaliora huc ponere lubet, naturam, artem, & experientiam, ita ut Natura Politicum inchoet, ars perficiat, uſus & experientia demum abſolvat. Vide Dnn. Præcept. Heider. & Gryph. Vide Sagitt. in diſp. de peregr. th.* 6. *& ſeqq.*

41. *Natura* enim non omnes hanc ad diſciplinam ſatis aptos effingit, ſed multi ſimiles ſunt Metellis fratribus, de quib. ad Numantiam *Scipio:* Si quintum pareret ipſorum mater, aſinum eſſe parituram. Vide hâc de re eleganter *Cl. Dn. M. Heid. in Pol. MS. p. m.* 9. Non enim

enim ex quolibet ligno fit Mercurius, &c. Ad politicen igitur minus apti ſunt qui ἀδυναμίᾳ quadam naturæ tardi & ſtupidi, qui molles & delicatuli, qui ſegnes & ignari, qui procaces & iracundi, qui audaces & temerarij, qui arrogantes & ambitioſi, qui rapaces & avari. Vel enim præcepta gubernandæ reipub. quorum maxima varietas, animo complecti non poſſunt, vel ut maximè quid fieri conueniat, probè didicerint tamen iis uti commodè propter exſuperantiam perturbationum haud poſſunt. Et his quidem Remp. concredere nihil aliud eſſe videtur, quam furioſo gladium porrigere, quam oviculam lupo cuſtodiendam tradere, quam florib. auſtros & fontibus apros immittere prout loquitur *D. M. Heid. d. loco.*

42. *Naturæ dotes & qualitates conſiſtunt vel in externa corporis forma, conſtitutione, & proportione, vel in complexione ſeu temperamentis.*

43. *Externam corporis figuram* in juſta membrorum proportione, & coloris ſuavitate conſiſtentem requirimus in Politico, Cum enim anima corpore ad functiones obeundas utatur, dubium non eſt, quin ad eius temperaturam animi quoq; inclinationes atque affectus ſeſe accommodent. *Caſp. Ens. in Theſaur. polit. aph.* 1 *cap* 3. Et hæc quidem naturæ vis tanti eſt, ut ſi forte in quopiam humorali quis naturæ vitio tantopere dominetur, ut rationis freno vix ac ne vix

quidem compeſci queat, is ad imperandum omnino ineptus aut ludibrio fortunæ eſſe debeat. Caſp. Enſ. Hinc præſumtio eſt. Sicut in pulcra & ſplendidè ædificata domo inſignis perſona habere creditur, ita eleganti corpori elegantes virtutes, egregiaque hoſpitia heroibus decernuntur *Franciſc. de Veger. in tractat. de legat.*

Verùm quia hæ conjecturæ non ubique procedant, ſed interdum, licet raró, fallant, ſiquidem, ut in Petri vagina enſis ferreus, ſic in fragili corpore fortis ſæpè animus latet. *Franc. Petrarch. dial.* 2. animus ſpectandus quoq; eſt, nihil pulchritudo juvat, cum quis mentem non bonam haberet. *Eurip.* Adhibe ad hanc rem Politicos paſſim.

44. *In bonâ complexione*, naturâque benè conſtitutâ primum locum ſibi vendicat *Valetudo* corporis nullis morbis obnoxia, ſine quâ nihil homini beatum eſſe ex *Orpheo* dicit *Vayer d. l.* & animus officio ſuo ritè fungi non poteſt, ſi imbecillitate corporis impediatur, *Heresbach. de erudien. Princ. lib.* 1. *cap.* 26. nihil enim, ſive quid agamus, ſive cogitemus, eſt, quod non ipſa impediat adverſa, *Laurent. Grimal. de optim. ſenat. lib.* 2. *p. m.* 260. *jam verò fucato nomine Liborius à Bodenſtein in Iuriſpr. publica.* Cura igitur probè adhibenda eſt, primò precum, ſecundò curæ & exercitationis. Nam cavendum eſt, ne valetudinem negligentiæ vel intemperantiæ

rantiæ malis amittamus. Vide *Ruland. d. l. cap.* 10. Siquidem ſecundum Ciceron. valetudo ſuſtentatio notitia ſui corporis & obſervatione earum rerum, quæ aut prodeſſe ſolent aut obeſſe, & continentia in victu; (una namque morborum cauſa eſt varietas ciborum. Antiphan.) omnique cultu corporis tuendi cauſa & prætermittendis voluptatibus *Idem p.*261.

45. Ad alteram complexionis ſpeciem refertur qualitas humorum ſeu temperamentorum, ſecundum quos alij Sanguinei, Cholerici, Melancholici, Phlegmatici dicuntur. De quorum mixturâ accommodatâque temperaturâ variè inter ſe certant, Phyſici & Politici. Nos *Caſp. Ens. in Theſaur. aphoriſm. pol. lib.* 1. *cap.* 3. aſtipulamur, ſanguineum atrâ bile nonnihil temperatum in Politico præferentes, ut ſanguinis nimius fervor hac veluti affuſa aqua aliquantulum tepeſcat. Hoc enim temperamenti genus moribus decoram quandam & amabilem gravitatem & corpori ſanitatem vitamque longævam conciliat, eandem diſciplinarum ac prudentiæ præceptis facilè percipiendis aptam reddit. *Hæc ille.*

46. Temperamenta ſunt vel cum parentibus communia vel propria.

47. *Communium temperamentorum qualitas* plerumque colligitur ex legitimà & bonâ nativitate, ſiquidem filiorum affectus paternis ſolent ingeniis reſpondere, & talis præſumi-

tur filius, qualis fuit pater eius, *l. quodſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edicto. & ibi gloſſ. & alia in verbo metuuntur in cap. ſi quis 6. q. 1. & in c. ult. in gloſſ. ult. decreti*, ubi ſignanter dicit text. Non poteſt filius facere quicquam niſi quod viderit patrem facientem. Nil mirum ergò ſi ad promovendum filium ad dignitatem, parentum vita perpendatur & conſideretur, *ut in c. venerabilem, ibi*, & perſecutio divulgata *de Elect.* filius quippe bonus præſumitur propter patrem *auth. in referend. in fin. ubi gloſſ. in verbo: ex patribus.* & philoſophus philoſophum generat, *Cyn. in l. providendum* (de poſtulando) Econtra natus ex mala progenie, præſumtionem præ ſe fert quod ſit malus, ut Bald. & Angel. arbitrantur *in l. ſi quos C. de conſ. in fin. c. venerab. ad fin. de Elect.* ſtultitia n. hæreditarius morbus à patre eſt, inquit *Stobæus ſermon.* 88. Malus corvus malum ovum. Eraſm. & ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Quem verſum proderat *gloſſ. in l. quiſquis ad l. Iul. Maieſt.* & huc alludit *Horatius lib.* 4. *Od.* 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus: nec imbellem, feroces*
*Progenerant aquilæ, columbam.*

Verùm enim verò, cum hæc non ſint perpetua, ſed in merâ præſumptione & coniectura conſi-

conſiſtant, non ſemper & ſtrictè obſervari volumus, ſiquidem non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atque virtutum. *cap. naſc. dict.6. Conſule Roland. & Matienz.p.3. de refer.cap.5.* & Horatius pauci certè gnati ſimiles patri ſunt plures priores: pauci vero patre meliores. Hinc adagium natum eſt ἡρώων τεκνα πήματα de quo vid. *Dn. M. Heid. in orat quæ affixa Hypot. Schol. bon. & mali.*

48. Reſtat cognoſcendum *ingenium*, ex propriis temperamentis promanans, natura enim & ingenium ita ſunt affinia, ut ſæpè unum pro alio ponatur, *Connanus in comment. juris lib. 2. cap. 1. in pr.* cuius dexteritate tanquam animi quadam vehementia concitata, *Charm. de Plat.* maximè polleat Politicus, eò, quod præſtans & rarum ingenium ſit principium, medium, & finis maximarum & plus quam humanarum rerum. *Plato in Dial. 6. de Rep. Fur. Ceriol. de conſil. V. Ruland. d. l. cap. 8.* Seu eſt illa potentia ſpiritus, per quam homo aut à natura aut ſtudio redditur promtus & capax ad omnes ſcientias addiſcendas, quæ licet ſit vis, aptitudo, habilitasque, à natura animantibus inſita & ingenita, homini præſertim. *Io-Vean. pont. libr. 4. de ingen. cap. 16.* tamen adjuvari ab arte & quodammodo comparari credo cum *Alberic. Gent. libr. 3. de legat. cap. 5. pag. 171.*

49. Ut autem hominum ita ingeniorum maxima eſt diverſitas, ſiquidem unum ingenium naturaliter alio præſtantius *Zaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri ſtipulat. ꝟ. 41. de V. O. per text. in l. ſi non ſortem. §. libert. de condict. indebiti.* Quidam enim ſunt ſimplices & ſtupidi, qui licet velint egregiè mali eſſe, non poſſint *Bod. n.* 457. quidam furioſi omni planè ſenſu, quidam fatui & amentes, cerebro qui carent aut læſi ſunt, quique cerebrum in calcaneis non in capite geſtant. quidam verò ſtulti, qui cum ſint intus & in cute capreæ, ſibi tamen acuti & ſapere videntur ut ex Hering. loquitur *Dn. Gryph. d. l. θ.* 76. Alij ſunt ingenij mobilis & erecti, alij, tardi & hebetis. Utique alius alio ingenioſior eſt *Sen. epiſt.* 94.

50. Huius naturalis ingeniorum diſſonantiæ duas eſſe potiſſimùm cauſas ex hiſtoriis cognoſcimus *Aſtrorum ſcilicet poſituram, & regionis cuiuſq; ſingularia & propria. Vide Scalig. Liꝟ. lib.* 45. *Bod.* 5. *de Rep. c.* 1. *num.* 522. *&c.* quam vis coeli natura, aſtra & ſydera in voluntatem humanam, adeoque actiones, ex inde profluentia nihil habeant virium; nihilominus tamen ingenia & corporis conſtitutionem non parum afficiunt. Scal. ſunt enim Gentes aliæ iracundæ aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum, in venerem proniores aliæ ſunt. *Liꝟ. lib.* 45. imò contraria Gentium inter ſe moribus

bus ac natura diſcrepantium diſciplina, quod eleganti inductione probat *Bodin.d.l.* Quantùm vero ſingularia regionis ſcilic. aër, aqua, montes, valles ventorum natura, &c. in hominibus agant. Vide apud *Liv.* & *Bodin. d. l.* alias gentium proprietates collegit *Nathan Chytreus in delit.itin.circ.fin.*

51. *Ingenij partes ſunt, memoria & judicium.*

52. *Memoria* optando, non tantùm ut pars prudentiæ *Ariſtot. in libr. de memor. & reminiſc.* naturæ beneficio, ſed etiam augenda & excolenda ſtudio & reiteratâ lectione, *Ruland. dict. loc. cap.* 9. *num.* 9. & 10. atqui vix eſt, ut cùm ingenio ſemper jungatur & concurrat: Ingenio enim tardi ſunt tenaci memoriâ prædit, & ingenio prompti non multum valent memoria. *Plutarch. in vita Caton.* Imò omnium hominum memoria eſt labilis, *leg. peregrè de acquirend. poſſeſſor.* & omnium habere memoriam, penitusque in nullo peccare divinitatis magis, quàm mortalitatis eſt, *leg.* 2. *§.* 4. *Cod. de V. I. enucl.* variat tamen pro ætate in hominibus; Sicut enim ipſe homo, ita & memoria creſcit & decreſcit, oritur & moritur, *leg. quidam tabular. §. quid ergò. Digeſt. de furtis. leg.* 2. *§. penultim. de aqua pluv.*

*Quæſt.*

53. Hinc quæritur: *An Iuvenis poßit eſſe Politicus?* Quod affirmamus ex eo, quia plerumque Juvenes ſunt ingenio perſpicaciori, quàm Senes, *l. præcipiunt 37. de ædil. edict. l. 5. C. de offic. rect. pro.* memoriâque ingenio reliquisque adiumentis, quibus ſcientia acquiritur, valent, licet prudentiâ defecti ſæpius aberrent. *l. 91. §. ſequitur de V. O.* quæ non niſi in adultiori perfecta eſſe videtur, non enim indiſtinctè & ſemper ſenioribus natuque grandioribus poſthabendi ſunt Juvenes, licet præſumantur, contrariâ enim veritate ſæpè id diluitur, reperies namque non rarò Juvenes, qui ſenes prudentiâ rerumq; experientiâ ſuperant & longo poſt ſe intervallo relinquunt, ut noviſſimè & latè extendit, exemplisque comprobat *Barthol. Agricola in lib. 2. Politico-hiſtorico de ætate ineuntium officia. c. 15. & c. 13. p. 205.* ubi graviter & eleganter. Reperies, qui ætate valent, haud tamen peritiâ. quo tendit *Bernh. Bauhuſius Epigr. lib. 1. p. 23. ſic canens.* Ne puerum mirare, ſenem ne ſperne, tametſi ſæpe vir in puero, in ſene ſæpe puer. Quibus adiunge *Ciceron. lib. 2. epiſtol. famil. 15.*

Quod ſi ergò Viri-Juvenes à rebus agendis prohibeantur, quomodò tandem prudentes exiſtent?

exiſtent? Maturè ſapere incipiat, qui verè ſapere deſiderat. Hoc brevitas vitæ, copia & varietas negotiorum admonet, *Iacob. Bornit. de prud. Pol. comp.*

Neque enim iis, qui juvenili in ætate tantum præſtare poſſunt quantum fortè maturâ ætate vir aut ſenex quiſpiam queat præſtare, ſuam volo præreptam laudem atque ſtationem ſed maiori etiam honore atque præmiis dignos cenſeo, quod citius & maturius Reipubl. juvandæ ſeſe reddiderint aptos & idoneos. Et ſi unquam verum fuit, certè hîc veriſſimum eſt illud Hippocratis dictum: Vitam humanam brevem, artem verò longam eſſe. Nam indies novæ rerum formæ naſcuntur & cauſæ incidunt, quæ veteribus fuerunt incognitæ, ut ita plus temporis hodiè ad acquirēdam ſolam ſapientiā requiri videatur, quam olim requiſitum fuerit. Quare nulli ætati honorum fores occluſæ ſint ſed pateant omnibus qui dignos & idoneos ſeſe offerunt, vel Horatio monitore *lib. 3. Od. 2.*

*Virtus repulſæ neſcia ſordidæ*
*Intaminatis fulget honoribus.*

Et hoc quidem conſilio antiquo de jure, ætas 18. annorum ſufficiebant *in delegato. c. cum 20. cap. cum in jure de offic. deleg. l. cum lege de arbitr. conſule Agric. dict. loc. cap. 13. pag. 205.*

Præſertim in ultima hac mundi ſenecta, qua ne quidem ad medietatem Maiorum noſtrorum noſtræ ætatis annos protrahimus: niſi igitur à teneris aſſueſcamur ad præcepta Politica, magno cum noſtro & Reip. malo illa addiſcemus. Rectè tamen practicus à theorico, perfectior ab imperfectiore diſcernitur. Vide *Ruland.c. 2.Bod.num.*240.*Keck.Gueva. in Horol. num.*420.

54. Memoriam inſequitur *judicium, de quo Com.lib.5.hiſt p.*470. magnum DEI beneficiũ eſt, valere ſenſu communi, & judicio naturali, nihilque tàm pernitioſum Reip. quàm vir multæ ſcientiæ & nullius judicij, *Plato.* Cuius ſemina licet naturalia, effectus tamen à prudentiâ, quæ non niſi ab experientiâ & uſu gignitur. Videmus namque multos ſingulari judicio & prudentia præditos, etiam abſque cognitione literarum, qualis fuit *Franc.Guicciardinus & Philip.Cominæ. de quo Sleidan. & Lipſ. in notis ad lib.*1.*Polit.c.*9.*p.*26.

55. *Cum autem non apud omnes adeò perfectæ naturæ dotes eſſe poßint, nec in uno ſpecialiter concurrere, eius defectus artis ſubſidio obliterandus, lacunasq́ue Politica doctrina explebit.*

56. Generoſum igitur omnique favore dignum ingenium eſſe *Socrat.* rectè judicabat, cui vel diſciplinæ Politicæ ſint cordi, ſtultumque eſſe decernebat, putare eas artes abſolutas reddi

ſine

ſine inſtructore: Civitati verò præeſſe, quod omnium eſt maximum, poſſe quenquam ex ſe ſatis nôſſe, *Xenoph. in memorabil. Æneas Sylv. c. 6 de Boem.* Politicus autem multum haurire debet ex mutis Magiſtris. *Bornit. d. l.* & tùm philoſophicis libris, qui ad ornatum, tum Politicis, qui ad neceſſitatem faciunt. Quomodo a. in iis procedendum, non eſt noſtri inſtituti: Unicum ſaltem Bornitij præceptum allegare placet: Non ſufficit multa multo labore collegiſſe, niſi & politico judicio & delectu collecta fuerint, fruſtraneum enim eſſet theſaurum habere, valorem tamen & uſum ignorare.

57. *Philoſophicar. artium cognitio*, quantum afferat Politico ornamenti, vel exinde coniicere licet, quando Doctores eam juris privati Studioſo attribuunt, ubi niſi quædam adferat, nihil unquam aufferet. *Vid. Tilm. de princip. jur. cap. 25. Vult. in præf. I. R. p. 68. & Ciſn. in orat. de Vet. Iureconſult p. 154. & ſeq. Dn. Kubach. cent. 1. qq. ill dec. 1. quæſt. 3. Sagitar. in temer. Virtutis exercit. 1. quæſt. 4. Coraſ. de arte juris p. 1. cap. 5. Govean. de juriſdict. libr. 2. Beſold in templ juſt.* Sed hîc tenendum erit Enniani Neaptolomi præceptum apud *Gell. lib. 5. cap. 15.* quod & JCto ſuggerit *Alciat. de V. S.* philoſophandum eſt, ſed paucis; ſiquidem ij, qui planè in Scholis conſenuerunt ad res gerendas ignavi & minus idonei ſunt, ingeniaq; afferunt, potius novandis, quàm gerendis

rebus aptiora, *de quib. Grimal. de optimo Senat. pag* 81. quod diſputare magis, quàm conſulere poſſint, multi de rebus noverunt diſputare acriter & diſſerere ſubtiliter: ſed ſi Rhodum jam oſtendas ubi ſaltandum ſit, claudicant *Sagittar. de peregr. θ.12. Vide eleg. Lipſ. lib.3 pol. cap. 4. & in notis p.53.*

*Quæſt.*

58. Hìc quæritur; *An & quomodo Politicus diſtinguatur ab Ethico?* licet crebra in jure noſtro virtutum fiat mentio, *in l. 6. C. de ſuſp. tut. l. 2. C. de nupt. & paſſim,* tamen ſine differunt. Ethicus enim ad virtutem ſimpliciter, Politicus relatè ad Reipubl. utilitatem reſpicit, & ſæpius virtutem, quam Ethicus cõmendat, Politicus condemnat, namq; legum placita temporibus æſtimat, *l. 11. §. ſed ſi fundus de inſtr. legat. Nov. 69. in pr. & 94. c. 1.* Ille ratione perſuadet, hic imperat ſanctione, *Til. de pr. Iuris c. 13.*

59. *Philoſophiam ſequitur Iuriſprudentia, quæ vel privata, vel publica, cujus partes 1. Politica, quæ vel generalis, vel ſpecialis 2. hiſtoria.*

*Quæſt.*

60. Inde formare placet hanc quæſtionem: *An Politicus poſſit perfectus eſſe abſq; juris privati*

*ſtati cognitione?* quod negamus, ſiquidem de Republ. ſine legum ac Juris ſcientia ſcribentes, conſimiliter faciunt, ac qui nullis omninò jactis fundamentis ædes altiſſimas moliuntur, *Bodin. lib. 1. de Republ. cap 6. num.* 49. *Bornit. d. diſc.* imò Politico jus privatum non eſt negligendum, *Warem lib. 1. de fœder. cap. 1. numer.* 123. Nec verus erit Politicus, qui omninò Jurispruden. imperitus, *Clariſs. Dn. Heider. in Polit. MS de util. Polit.* & Politica absque jure civili cum Politico circumciſa & amputata ſine apparatu, ſine honore jacebit, *Warem. dict. loc. numer.* 126. qualis enim ſuaſor in conſiliis publicis privatisque poterit eſſe tot rerum, quibus præcipuè Civitas vel Reſpubl. continetur, qui ſit ignarus. *Quintil. lib. duodecimo inſtitut.* Cùm is, qui verſatur in jure privato, poſſit ignorare Jus publicum, ſed non qui verſatur in Jure publico, ignorabit privatum. *Vincent. Cabot. lib. ſecundo. diſputat. Iur. publ. cap. 1 & 2.* Non rarò enim contingit, ut qui doctiſſimi juris utriusque (civ. ſcil. & canon.) vertices habeantur, rerum communium planè rudes & ad Politici nomen ac officium ſuſtinendum inepti ſint, *Sylv. Epiſt. 3.* Hæc ut veriſſima, ita è contra miſeri ſunt Politici, qui omnia facta ex jure metiri volunt, *Bodin.* & ridiculi ſæpenumerò exiſtunt, totam qui ætatem in his tractandis conſumpſerunt, *Beſold. in templ. juſt. numer.* 73. *Barth Volcmar. in tract.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/401 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*de jure Princip. pr. numer.* 11. Quemadmodum de Labeone Antiſtio Jureconſ. ſcribit *Gell. lib.* 13 *cap.* 12. quod nihil rarum habuerit, niſi quod juſtum in Roman. antiq. eſſe legiſſet: ſed malè nam regulæ juris privati non omnes locum habent in regnis, *Warem. d. c. numer.* 203. & merus legiſta, juxta diverbium, quod habet *Boccalin in Parnaſſ.* eſt purus putus aſinus, vide eleganter *Bornit ſæpius citato loco.* Verùm ita coadunatæ & conjunctæ ſunt hæ diſciplinæ, ut inter ſe mutuas tradant operas, & ægrè divelli poſſint, *Clariſs. Dn. Heider. d. l.* difficulterque Juridica à Politica ſcientia ſegregatur. Nam ubi deſinit Ethicus, ibi incipit Theologus; ubi Phyſicus, ibi Medicus, & ubi Politicus, ibi Jureconſ. Sed ut hæc rectè diſcernantur, opus eſt, ut verus & genuinus ſcopus & forma cujuſque artis nobis ſit in conſpectu. *Althuſ. in præfat. Polit.* exinde videtur nonnunquam intelligi Politica, tanquam fonticulus, è quo Juriſpru. rivuli manant.

*Quaſt.*

51. 2. Quid hâc de controverſia judicandum ſit, inquirimus: *An Politica pertineat ad Philoſophiam, an verò ad Iuriſprudentiam?* ut in terminis movent *Dn. Gryph. c. 1. nu. 23. & Frid. Tilem. in Polit.*

*in Polit. MS.* cum quibus nos Politicam à Philoſophiâ divellendam cenſemus, licet vetuſtas eò referat, & partem Ethicæ faciat, *Plin.* 1. *Epiſt.* 10, *Senec.* 14. *Epiſt.* 9. (ubi præter diverſitates rationem *ſupr, th.* 58. poſitam, & illa conſideranda venit, quod Ethicus ſaltem habeat deliberationem actionum humanarum: politicus vero ipſas actiones earumque executionem) tamen hoc probè notandum, priſcis temporibus aliquando vocabulum Philoſophiæ latè ſignificâſſe omnis diſciplinæ doctrinam: cum nondum ſpecialibus diſtincta erant nominibus diſciplinarum genera. Ita enim *Hippocrat.* 1 *de elegant.* Medicos dixit Philoſophos, ita *Vlpianus in l. juri operam* 1. §. 1, *de juſtitia & jure*, Juriſprudentiam veram, non ſimulatam appellat Philoſophiam, *Vide Marquar. Freher. in par. lib.* 1. *c.* 1 ſic Alexander laudatur ab *Iſocra. in quadam Epiſt.* quod ex ſtudiis Philoſophicis non improbaret etiam illam partem, quæ verſatur in litibus, hinc *Plin. jun. in Epiſtol.* Nulla laudabilior Philoſophiæ pars eſt, quàm agere negotium publicum, cognoſcere, judicare, promere, & exercere juſtitiam; quæque Philoſophi doceant, in uſu habere. Cui conſentire videtur *Ampliſs. Dn. Frideric. Hortled. in præfat. operis* von Vrſach deß Teutſchen Kriegs. quando dicit, als die veri Philoſophi auß täglichen fürfallenden Regiergeſchäfften vollends lernen müſſen/ was die

ſimulati

ſimulati auß den Büchern herauß zuklauben pflegen. Sic *Plato 5. de Republ.* Politicos vocat Philoſophos, ubi cum ſanioribus ſe ipſum explicat, quando Philoſophos ineptiſſimos ad forum & judicium putat *in Theod. ſc.* Calmeuſer vnnd Schulfüchs *Sigeb. polit. p.* 11 vide *Kirchn. diſputat.* 1. *de Republ. theſ.* 2. *lit. a. Grimalium de opt. Senat lib.* 1. *pag.* 72. *& ſeqq. & p.* 149. *Anthon. Mart Spelt. in ſapiente ſtultitia part* 1. *cap.* 16. *p.* 96. *Warem. dict. loc. numer.* 194. *ubi eleganter de veris Philoſophis diſcurrit. Clariſſ. Beſold. axio.* 397. *de conſil. pol. ubi tria Philoſophorum genera inſtituit*, nec moramur *Ariſtotelem* alioſque ſcripſiſſe Politica, non enim ille, tanquam Philoſophus (ſcilicet qui ſemper ratiocinatur, ſemper argumentatur, ſemper contemplatur, & cum Jureconſ. ſine lege, ille ſine ratione loqui erubeſcit) ſed ut peritus Juriſpub. huic rei operam dedit, cum *Ariſtoteles* doctrinam ſuo tempori diligenter accommodârit, hancque ex praxi & obſervantiâ quotidianâ hauſerit; imò & legibus civilibus convenientiſſimam ſcripſit, ut eximium hâc in re præſtitit laborem *Petr. Gilckenius* præcepta *Ariſtotelis* ad fundamenta legum reducendo. Ad Juriſprud. igitur cum noſtri temporis conſuetudine ſtudium Politicum referimus.

52. Cui ſuffragatur ipſe *ICtus*, rationemque huic conſuetudini ſuppeditat in *l.* 1. *§.* 5. *de extr. cognit.* ubi civilis ſapientia vocatur, cujus

ſtudii

ſtudii duæ ſunt poſitiones, publicum & privatum, *l* 1. *de I.* & *I.* Illa tractat de Republ. Hæc de privatorum jure. Illa Politica, Hæc Juriſprudentia vocatur. Sicut enim, jus privatum propriè ad Jureconſultum & ad Juriſprudentiam pertinet; ita jus publicum ad ſcientiam Politicam, & ad virum politicum, *Giphan. in* §. *ultim. Inſtit. de I.* & *I.* ubi diſſentientem habemus *Clapmar. de Iurepubl. th.* 3. *vide tractat. Synopt. de Iure Princip. Barth. Volcmar. in pr. num.* 15.

53. *Eſt autem Ius publicum nihil aliud, quàm quod ad ſtatum Rei Romanæ tuendum ſpectat, l.* 1. §. 2. *de I.* & *I.* §. *fin. in Inſtit. eod Tacitus* vocat ſtatum Imperii 4. *Hiſt.* ſeu eſt ars legitima juſtitiæ in ſtatu civium publico, id eſt Republ. conſervandæ & recuperandæ, & ad utilitatem & dignitatem ejuſdem, *Matthias Bort. theſ.* 1. *Iuriſp. publ.* vel eſt legitima ſcientia juſtitiæ in ſtatu ſeu Republica civium administrandæ ad bonum publicum: Cujus ſtudii capita tùm in divinis tùm humanis rebus poſita vide apud eos, qui de hoc Jure ſcripſerunt paſſim.

*Quaeſt.*

64. De quô quæritur: *Quo fato* & *pacto ſtudium illius ſuperiore ſeculo neglectum* & *intermiſſum ſit?* Certè civilis ſcientiæ cognitionem

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/405 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tionem deſciviſſe ab iſta veteri gloria ſcias, non tàm inopia ingeniorum & deſidia juventutis, quàm præcipientium inſcitia, negligentia docentium, temporis injuria, (familiare enim ſemper fuit culpas ſeculis aſſignare) *Warem. ab Erenb. in medit. d. fœderib. lib. 1. cap. 1. nu. 138.* Veteres namque Jureconſultos Romanos, privati licet juris tanquam frequentioris & magis in uſu poſiti, fuerint ſtudioſiores, (quos reprehendit *Warem. numer. 126.* his verbis: Minimè interim probo illos, qui peritiores ſunt privati quam publici juris, quamvis ab his plures coacerventur opes, teſte Cleonardo. *lib primo Epiſtol pag. 25. & Petr. Quinquerario de laudibus provinciæ lib. 3. p. 86.*) de Jure tamen publico haud rarenter reſpondiſſe, in propatulo eſt, ejusque rei in ff. & C. veſtigia quàm plurima reperiuntur, *Bernhard Zieritz. de Principum prærogativa.* Quæ mirantur non tantùm multi, verùm accuſant nonnulli, quod de Jure publico pauciſſima fuerint, atqui parcius hæc Triboniano objicienda putant *Franciſcus Roſellus de Iur. publ. th. 2.* Credibile enim eſt, inquit, pauca admodum Juſtiniani ævo de illo jure ſcripta veterum extitiſſe, cum vix ulla ejus habita ratio fuerit, *teſt. Cicer. lib. primo de leg. ubi Ius publicum incognitum eſſe affirmat*, quod minus in uſu neceſſarium ſit, vel quod in limitibus juris civil.

Roman.

Roman. non remaneat, ſed Reipubl. & civitati illi magnæ mundi commune fiat, ut loquitur *Seneca & Lactant*. Nihilominus tamen fuerunt quidam juris tàm publici quàm privati ſcientiſſimi, ut de Coccejo & Atteo Capitone, *Tacitus lib*. 3. *Gellius lib. decimo cap*. 20. de Scævola, *Vellejus, Valer. Maximus lib*. 8. *cap*. 8. de Tuberone (cujus de Jure publ. libros in Curia interiiſſe ſcribit ex *Pomp. Roſellus d. l. th*. 3.) *Pomp*. de Tito Ariſtone, *Plinius* de Titio Manlio Torquato. *Valer. Maximus lib* 5. *cap*. 8. ſcribunt. Hinc *Clapmar*. peregrinos in hiſtoriis eſſe, qui negant Jus publicum uſpiam extare, concludit, *theſ*. 1. Verum quia nullum cum *Warem. num* 51. reperiamus Cæſarem, Saluſt. Suet. Tacit. &c. cum eodem ſeriò ſed ſerò deploramus, optimorum virorum operam tantùm nummorum colligendorum cauſa, nos poſitam videre in eo, ut tractent exactè, ut plurimum materias juris privati viles, ſcil. de ſtillicidiis, oleo & tritico legato, glandeq́, &c. & non tantùm tractent, quod ſemper honorificum fuit, ſed etiam in foro privatis vendant, hujus lucroſæ & ſanguinantis Juriſprudentiæ uſum, malis morib. natum & depravatum, de publicis autem ferè neminem vel admodum paucos. *Hac ille*. imò nefas eſt obſtrictum eſſe curis rei privatæ, & publicam negligere. *Thucid. lib*. 3. Aſt non multis abhinc annis Deo hanc gratiam referendam putamus, quod in elegantiori multò &

venu-

venuſtiori ſeculo ſtudium juris publici propter temporum ſummam domi foriſque difficultatem, motibus & praxi, ſicut flamma oleo alitur, excitârit; nobisque gratulamur, & prædicamus multorum maximè laudabiles conatus, imò majora ſubindè & ſperamus & expectamus, cùm nihil omnium ſit, quod poſſit in primordio ſui perfici, ſed in omnibus fermè ante eſt ſpei rudimentum, quàm rei experimentum. *Apul. in Florid.* nullaque ars vel diſciplina ſingulari ſimul conſummata ſit ingenio, *Bornit. de prudentia Pol. comp. & præfat. de majeſt.* cui relinquendum aliquid eſt, quod dies atque ætas mitificet, *Gellius. lib. duodecimo cap. 2. adde Schneidevv. ad §. his igitur I. de Iuſt. & Iur.*

*Quæſt.*

65. Exinde quærere lubet: *Num hodierna ſecula antiquis præſtantiora?* Quod ſalvo aliorum judicio, exercitii gratiâ affirmamus. Nam quod *Terent. in prolog. Eunuch.* dicit, nihil jam dictum quod non ſit dictum prius, id ego ſemper impium atq; adeò mendax putavi, inquit *Steph. Forcat. in præfa. Necyom.* non enim modò hominum deſpicit ingenium, quod divinam quandam & juventam æternam habet, ſed etiam divinitatem ipſam, velut beneficiis conferendis defatigatam vel effœtam potius, quod ſi priſcis

tàm

tàm inviſa fuiſſet novitas, quàm nunc eſt multis, de ſuo ingenio deſperantibus, quid boni haberet hæc ætas, quod legeret? Non enim minus peccant, qui à veteribus ajunt omnia comprehenſa, quàm qui illos de veteri multarum artium poſſeſſione deturbant. *Bodin. in method. hiſtor. cap* 5. *pag* 310. nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit, *Tacit.* 3. *annal.* in quarum examine certè veritas & perfectio Politica palmam obtinebit. Quis enim eſt, qui non videat maximum defectum in antiquioribus Authoribus reperiri, ut eorum doctrina neque diſciplinæ civili, neque militari hodiè ſatis ſit. Eſt naturæ & humani ingenii æternum incrementum, quod ex collatione inventorum priſtini & hujus ævi, de quibus *Guido Panzirol. in nov. repert.* eleganter, liquidò conſtat, ut noſtra longè anteferri veteribus videantur, & ut *Bald. ait in l.* 1. *C. de his, qui ante apert. tab.* ex varietate temporum nova quotidiè phantaſmata, & variæ ſpeculationes rerum in hominibus generantur, & ideò non eſt auferenda poſterioribus facultas ulterius cogitandi. vide de hâc quæſtione *Cannonher. diſc. in Tacit. Senec. Epiſt* 97. *Beſold. orat. de pericul. noſtri ſeculi Vid. Dn. Matth. Bernegger. in faſc.* 1 *quæſt ad Agric Tacit. quæſt.* 1. *Dornav. in orat. de felicitat. hujus ſecul. Vide quæ nos ſupr. part.* 1. *ſect.* 1. *n.* 10.

66. Huc

66. Huc maximè conducit *ſtudium hiſtoricum*, tanquam pars, ut dixi, juris publici, Æquè enim hiſtoricus in Politicis occupatur in ſingularibus & circumſtantiarum notatione & uterque Rerumpubl. ſtatus & interitus explicat. *Velſthen dec. 3. quæſt. polit. quæſt. 9. Hiſtoria an polyb. lib. primo* eſt veriſſima diſciplina & exercitatio ad res civiles. Sicut enim Jureconſultus privatus in caſibus formandis verſatur, iisque privatis; Sic Politicus ex hiſtoria rerum Magiſtra, tanquam re judicata ſua conſilia dirigit, quorum tanta vis, ut ſæpè ſalus Reipubl. in iis ſita ſit, unicoque prudenti conſilio non ratò Reſpub conſervetur; quod natura negat, ſupplet hiſtoria: ex cujus diligenti lectione atq; meditatione hoc conſequimur; in omnibus temporib. vixiſſe omnis mundi plagas pervidiſſe, omnib. deliberationibus interfuiſſe, omnia quæcunq; geſta ſunt, præſentibus oculis uſurpaſſe atq; obſervaſſe videamur *Thom. Lanſ. in orat. de jucund. hiſtor. Vide de utilitate, neceſſitate, & veritate hiſtoriæ Bornit. de prud. Pol. comp. Tilem. diſcurſ. Philologico de hiſtor. delect. Heins. orat. 10. Cominæum lib. 3. hiſtor. Gall pagin. 386. octodecim Scriptores in penu hiſtoriæ, & Ampliſſ. Hortled in præfat. operis,* Von Vrſachen deß Teutſchen Kriegs. *Keckerman. lib. primo pol. cap. 2. Everhard. Weih. in orat. de ſpec. Origine numer. 107, & ſeqq. polyb. lib. 1.*

*lib* 1. 3. *&* 5 *hiſtor.* ad quos brevitati ſtudentes lectorem remittimus. Differt tamen *Hiſtoricus à Politico*, quod ille futurorum incurioſus, præſentia & præterita geſta hiſtoricè deſcribat: Politicus de futuris juxta & præſentibus conſilia capit. Ille Hiſtorici officio benè defuncturus, prudens ſit, oportet in colligendis hiſtoriis; hic in uſu pandis; Hiſtoricus documenta omnis exempli in illuſtri monumento ponit ad intuendum: Politicus in propoſita intuetur, & inde capit Reipubl. ſuæ profuturum, *Tileman. in prælect. hiſt. publ. M S. Velſten. d. l. Vid. Piccart. dec.* 1. *obs. hiſtor. polit. cap.* 5 *p.* 33.

67. Sequitur tertium adjumentum, ſcilicet *uſus & experientia Ariſtotel.* 10. *Nicom.* Eſt enim proprius uſus efficaciſſimus rerum magiſter. *Plin. lib* 26. *c.* 2. & magiſtrorum omnium præcepta ſuperat. *Cic.* 1. *de orat. argum.* § 6. *Inſt. de ſatiſdat.* quam ſolam multi in Politico requirunt, eò, quod prudentis conſilii magna pars in tempore ſit, *Senec.* 10. *Ep.* 72. ipſaque res oculis ſubjecta certius ſoleat ſuppeditare conſilium, ſolâ quod experientia innoteſcit, quam temporis diuturnitas largitur, *Ariſt* 6 *Eth* 8 *de politicis Empiricis Vid. Scherb pol. p.* 10 Nos hinc quærimus: *An in Scholis Politica ſit tractanda?* Quãquã individualium proprietatum nulla ſit diſciplina, cum illæ infinitæ varient, diſſerente *Cl. Alex. ad fin. lib.* 8. *Strom.* nec ulla ſcientia ſingulariũ

eſſe

eſſe poſſit. *Ariſtoteles 2. Politicor.* 8. *&* 6. *Ethicorum* 5. imò inordinata doceri nequeunt, quia ordo eorum eſt natura, *juxta Philoſophum* 8. *Phyſicor. cap.* 15. Diſtinguentes tamen inter Politicam & actiones Politicas, haud malè in Rempubl. literariam ejus tractationem introducimus, exemplo eorum, qui de bello complurima ſcripſerunt, *Vide Clariſſ. Heid in Polit. MS. cap. ultim. de bello.* Imò Scholaſtici abſque periculo Politicis dant operam, procul à Jove, procul à flumine. Illi verò, qui publicis negotiis implicantur, verè lupum tenent auribus, hallucinantur ſæpiſſimè, & ſi malè rem gerant, DEUM, ſi benè, homines offendunt, tandemque mercedem auguinam referunt, *ut idem loquitur de adjument. Polit.* neque movemur, quod in *capit.* 3. *diſtinct.* 4. exter, de jure ſancito integrum non eſſe diſputare: cum de ipſius Imperatoris poteſtate diſſerere non ſit ſacrilegium, ſi ſcilicet illa diſſertatio ſecundum *Gravett. conſil.* 296. *num.* 3. hunc ſibi finem propoſitum habet, ut veritas eruatur, non ut quicquam in Principis contumeliam fiat; *Vide Iohann.* Treplinger *apud Magnific. & Ampliſſ. Dn.* F[illegible] *Hartled. lib primo cap.* 12. §. Nun wann & [illegible] Rechtmeſſigkeit deß Teutſchen Kriegs/ & [illegible] reſponde *Authore* deß Politiſchen Probierſ[illegible] *in præfat. ad lector. diſcurſ.* 1. *part.* 3. [illegible] Ubi in Scholis degentibus omne[illegible]

juris materiis diſſerendi, præcludit: Quis enim hanc diligentiam, hanc fidem, hunc juvandæ Reipubl. conatum jure conſectari poterit & calumniari, ut temeritatem, ut inſcitiam convitiari? Cùm animus ad res civiles natus accuratâ theorematum artis Politicæ inſtructione imbuendus, uſu rerum civilium exercendus, praxique frequenti confirmandus: Quâ ratione tandem Præceptorum vim ac certitudinem, variamque eorum accommodationem rectè intelliget, *Bornit. d. diſ. de Prud. Polit. comparanda.*

68. Quem uſum gignere prudentiam certum eſt, (quæ ut dixi adjuvari quidem, non tamen integrè in libris vel quibuſcunque diſcurſibus comprehendi poteſt) quo maximè ſpectat *peregrinatio*, in illa *linguarum cognitio*; quæ cùm integrum tractatum depoſcant, lectorem ad *methodum apodemicam Loyſi, Theodori Zwingeri, Iulij Belli Hermetem Politicum, Neugebaur, Sagittarium, Pirckheimerum*, Politiſchen *Diſcurſs. de peregrin. D Iohann* Henners / *alioſque remittimus*, nec non *converſatio* cum prudentioribus requiritur; Nulla enim res magis animos induit honeſtos, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum quàm bonorum converſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora, & vim Præceptorum obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri. *Senec. Epiſtol. 6.* quam ſi tollas



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/413 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ipſum Academiarum uſum te ſubvertere puta.

69. Admonendi autem probè ſumus, ut nec uni : ita nec omnibus requiſitis, inſiſtamus. *Errant igitur*, qui exiſtimant in Polit. fruſtra laborari cognoſcendis, cum ea à Natura magis ingenerari putent; de quibus *Thucid. lib* 3. Rudiores homines melius regere Reſpubl. quàm ſapientes, & *Ariſtoph. in equitat. A.* 1. *S.* 2. nihil ad doctos pertinere Rempubl. nihil ad probos, ſed ad imperitos & Rudes: Videtur mihi facetiſſimus ille Poëtarum cauſam præcipuam humanæ infœlicitatis ſalsè notare, *vide Waremund. dict. loc. numer.* 47. *& Æneam Sylvium. in hiſtor. Bohem. cap.* 6. Peccant qui Politicam artem dicendi & ſcribendi, non verò faciendi exiſtimant. *Everhard à Weihe in aul. Polit. axiomat.* 367. qui ſolâ arte addiſci poſſe credunt, ſuffulti exemplis *Demetrij Phalerij in apophteg. Plutarch. Pomp. Mag. apud Gell.* 14. *cap.* 7. *Luculli apud Cicer, in princip. lib.* 4. *Academicar. quæſtion.* Hallucinantur, qui ſolo uſu perfectiſſimos ſibi fingunt Politicos, licet perfectiores eos judicemus, quàm qui ſola arte ſolâve naturâ valent. Optandum igitur eſſet, quod ſcribit. *Piccol. gradu* 5. *cap.* 31. prima initia prudentiæ munere Dei & naturæ obtineri, obtentis initiis ſoliditatem maturare Politicas diſciplinas, ſoliditati perfectionem addere uſum & experientiam.

70. *Eſto igitur nobis Politicus Conſultus Iuris publici*: quâ definitione omnia Politico neceſſaria comprehendi autumo, ſiquidem verbo Conſultus, tùm prudentiam, tùm peritiam, quæ ſuis fundamentis deſtitui nequit, intelligimus: Voce autem Juris publici civilem hanc ſcientiam, quæ ſecundum *Parlador. in fin. lib. rerum quotid.* adeò latè patet, ut nulla ferè ſit diſciplina, cum quà commune nihil habeat: Quippe, quæ de omnibus in univerſo orbe contingentibus cauſis & negotiis ſtatuat atque decernat, ſintemal dieſelbe nicht allein / mit naher Freund-vätterlicher- Blutsverwandnis dem Theologiſchen / Juriſtiſchen / vnd Ethiſchen Studio zugethan / ſondern auch beneben ſeinem zugehörigen Theil / dem Hiſtorico rerum humanarum, deß hohen Fürſtlichen Stands eigner Grund vnd Boden iſt. Verba ſunt *Ampliß. Viri Dn. Frider. Hortled. in literatiß. præfat. operis*, von Vrſachen deß Teutſchen Kriegs. *adhib. Beſ. in templ. inſtit. p.* 21.

71. *Præſtat ergò Politicus Iuriſconſ. privato*, imò anteponendus, anteferendus, primusque ei locus aſſignandus, quod primus notavit in *d. præfat. Ampliß. Hortled.* tùm propter objecti dignitatem, tùm finis excellentiam, quò enim publica præferenda privatis, *l. un §. 14. Cod. de Caduc. tollend. cap. Imperialis in princ.*

*de prohib. ſeud. alienat. per Lothar.* eò magis Politicus tanquam publici Juris Conſultus, privato. Publicorum autem ſemper potior ratio haberi debet, cum digniora præferenda, *leg.* 1. *de ſtat. hominum* & quotidiana acutilia plenius tractanda, *l.* 25. *in princip. de liber. leg.* reliqua quæ generaliter ſcire ſufficit levi brachio ſaltem percurrenda. *l.* 7. *§* 2. *de pecul.* Quod confirmare videtur illa differentia, quam habet, *Cicer.* 1. *de legib.* Politicus de Jure ferendo conſultat, ut optimas & Reipubl. congruentes leges ſanciat, adeoque quaſi Dominus eſt Juriſconſulti. Ictus verò jam latum & ordinatum aſſumit neque huic licet de jure & lege diſputare ſed ex lata lege debet judicare, *Velſthen. dec.* 1. *quæſt.* 9. Juriſconſulto ſufficit ſuæ Reipubl. jus publicum noſſe: Politicus & ut poſſit prudenter de jure publico conſultare, debet omnia ea quæ de jure in Re, publ. ſervando aut reſcindendo tradi poſſunt aut debent exactè cognita habere. Quia politicus totam Rempubl. adminiſtrat: Ictus verò eius tantum partem & quidem hanc planè diſſimili modo. Hic Rempubl. moderatur interpretando & reſpondendo, ille verò providendo & ſanciendo. *Velſthen. dict. loco.* De lege autem lata non diſputat, nec in eas inquirit, ſed legibus latis utitur pro arbitrio *cap. in iſtis diſtinct.* 4. imò etiamſi dura lex ſit, tamen

ſecun-

ſecundum eam pronunciat, *l. 12. qui & ex quibus cauſ. Bodin. 1. de Republ.* 8. niſi à Politico ſit mitigata. Nec obſtat, quod utriuſque officium interdum concurrat, quando ſcilicet in ipſa interpretatione tenetur Juriſconſultus, publicam quoque utilitatem ob oculos habere, & ſecundum eam potius decidere controverſias, quàm pro commodo privatorum *argumento leg. 3. C. de princip. lib. 12. l. 51. ad legem aquil.* Sicut hodiè in aulis Principum & civitatibus, (*Beſold. axiomat. 22. de conſil. polit.*) frequenter fieri experimur, *teſt. Bembell. de Godent. in Prooemio ad prachmaticam conſtitutionem de pac. Relig.* ut plerunque utriuſque juris periti exiſtant; quos non dubium, vel meris privatis vel ſolo publico jure peritis præferri, mediante imprimis diſtinctione in prærogativâ militis & doctoris uſitatâ.

72. Poſita, ut explicatior reddatur definitio aliorum deſcriptiones à noſtra haud multum alienæ inquiri poſſunt, inter quas prima videtur eſſe *Bornitij in Part. polit.* Politicus eſt Artifex Reipubl. perficiundæ, vel in *diſcurſ. de prudent. Polit.* Politicus eſt vir bonus, qui prudentiam civilem Theoriâ & Praxi obfirmatam ſibi comparavit, eandemque dextrè ad fundationem & conſervationem Reipubl. accommodare ſcit, ſeu, ut explicatius dicam, qui verâ arte Politicâ imbutus, hiſtoriis & peregrinatione Rerumpublicar., atque tan-

dem praxi Imperii, Judicii, Conſilii, Legationis exercitatus eſt. Cujus officium eſt, fundare, augere, conſervare & curare Rempubl. vel latius: Urbe extructâ & ſufficiente hominum multitudine, quæ civitatem conſtituit, introducta, convenientem Reipubl. formam pro ingenio Naturâque populi, & pro indole ac ratione, ipſius loci, dandam ſcire, *Ariſtoteles* 4. *Polit. Plutarch. in Romul.* vel etiam incongruè datam corrigere. *Suet. in Iul. Caſ.* ad quam quidem rerum ordinationem, non tantummodò juris & legum, variarumque conſuetudinum & morum cognitio, quæ Juriſconſ. propria eſt, verùm etiam omnium aliarum artium & diſciplinarum, omnium antiquitatum & hiſtoriarum, publicorumque in Regnis ac Imperiis omnibus ſtatuum exploratio, ac potiſſimum Juris publici ſcientia requiritur, ita, ut Politicum omnium rerum, quæ toto terrarum orbe gerantur, & geſtæ ſint, quantum fieri poſſit, non ignarum eſſe oporteat, *Ariſtot.* 1. *Ethic. cap.* 3. *Kirchn. diſput.* 1. *th.* 2. *lit. a.* Sed nota pleraque illa de perfectiſſimo intelligenda Politico, quem optare magis, quàm ſperare poſſumus.

73. In ſummâ, Politici ſeind Regiments-verſtändige/ Policeygelehrte/ *Lib. in præfat. lib.* 1. *Amp. Dn. Hortled. in præfat. operis*, von Rechtmäſſigkeit deß Teutſchen Kriegs; Weltweiſe

Leut.

Teut. Ex quo cum *Warem. de Regni ſubſidiis. c.15.num. 4.* *Concludo Politicam* talem eſſe diſciplinam, qua Reſp. carere nullo modo poſſit, imò, turbatâ Juris Romani ſcientiâ longè ſuperior quæ ſit, ac Politicos rerum publicarum ſapientiores & meliores, ac tales quidem eſſe, qui plus prodeſſe queunt, quam etiam probati cauſidici, *Iſocr. de permut.* Ut ergò orta, ita finiatur noſtra diſſertatio multò majoris ſcientiæ, dignitatis & excellentiæ Politicus eſt, quàm Juris peritus in ſpecie ſit dictus.

F I N I S.

DEO *Laus, Honor, Gloria.*

Omnibus

OMnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in caſu eſt, *Apul. in florid.* ſed ut hodiè mores ſunt, omnes ſapiunt, omnes cenſent, *Thom. Lanſ.* imò qui vult ſuaviter vivere in hac vita ſine calumnia & invidia, is perinde facit, atque qui vult in clariſſimo Sole ſine umbra verſari. Tam enim eſt difficile in omni genere vitæ accommodare ſe & ita gerere ne quid erres. *Comin. 5. hiſt.*

*ARGENTINAE.*

Sumptibus EBERHARDI

ZETZNERI Bibliop.

*Excudebat* CONRADVS SCHER.

M. DC. XXI.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/421 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/423
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/424
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Encycl. 572.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/425
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358175526/426
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft